anica mea, & macula non est in te. Quod cum probè intelligeret D. Thomas, non dubitavit erroris arguere Joannem Chrysostomum, qui quodam loco Evangelii explicando nescio quid criminis affixit imprudens Deiparæ Virgini. Veri nominis originale peccatum ab infantibus contrahi, hoc est non solum imitatione, quod Pelagius dicebat, sed etiam verà propagatione, peripicue colligi poterat ex Ecclesiæ exorcismis, quos in diabolum fieri mos antiquus ferebat, antequam pueri baptismum acciperent: ut proinde censerentur errare, qui secus tenerent. Nec tamen erat res definita ante hæretim Pelagianam. Quam certum fuit in Ecclesia Latina, Spiritum Sanctum à Patre, Filioque procedere, ex eo scilicet tempore, quo Ecclesia Romana cæterarum magistrorum ita canere cœpit? Ergo Latini etiam ante Concilium Florentinum, à quo tandem hoc dogma definitum est, errare Græcos putabant, quicumque negarent, Spiritum Sanctum à Patre, Filioque procedere. Nihil amplius dico in remanifesta. Jam enim omnes intelligunt, in publica Religione, earum rerum, quas veneramur, magnum esse momentum & veritatis, & sanctitatis; quique id negent eā fratri ratione, quod secus tenere non sit hæreticum; eos quæcœrre impunitatem erroris, neque confugere ad munimentum sententiaz, quod est nullum profecto, sed ad arcem temeritatis, atque perfidie.

C A P U T IV.

Definitione Mysterii non modò bonorem Deiparae Virginis, sed etiam Ecclesie auctoritatem vidicatum iri. Adversarii Auctoris libelli fucus, objicientis auctoritatem Patrum, quorum neminem citat. Eorum mentem optimè intelligi ab Ecclesia, quæ Deiparae colit Immunitatem, neque in cultu adhibenda errare potest. Doctrinam omnium Patrum esse Ecclesie Traditionem, non tamen paucorum. Neminem Patrum nominatim tribuere originis labem Deiparae Virginis: attamen si quis esset, babendam illa poterem Catholicæ Ecclesie auctoritatem.

UT tandem vela contrahamus; Si, quod colitur ab Ecclesia universa, ita sit verum oportet, ut idem falsum non possit esse; cùmque Deiparæ Immatritatem ab originis labore veneretur Ecclesia; quid habet, quæsò, eur isti novi libelli Auctores petitioni intercedant, neq; certum Mysterium declarari velint certitudine aliquâ infallibilis veritatis? Pecimus enim, ut conclusio Theologica, quam omnes intelligunt, qui Eccleiam verentur, suffragio Pontificis comprometur. Quod si rādem impetraverimus, erit quodd illi grauellemur, non tam consultum honori Divinae Matris, quam Ecclesie auctoritatem eo facto defensam, & vindicatam. Hanc enim oppugnant, qui Mysterium Concepit Immaculati inficiantur. Qui si pauci sunt, &c, quod nuperus ait libelli Auctor, silentio se continent; agendum sunt gratia bona, & fausta nuntianti; sin, quod ille facit, eandem incidem vundere pergunt, ac studium pacis in Ecclesia conservandas temeritati prætexunt; enim ex decreendi non sunt, sed Ecclesiasticis penis una cum illo coercendi. *Decreta, inquit, in Constitutione Pontificis sancte ubi que obseruantur; in scholis, in subcelliis, in familiis etiam, privatisque colloquiis Mysterium defenditur, propositur. Et si pauci sunt, qui ei non adhaerent, obtemperando Pontificis decretis, silentio se continent... Videndum modo*

anstante tranquillitate, qua in praesenti gaudet Santa Mater Ecclesia ex suorum filiorum religiosa obedientia, sit necessarium, & expediens denudo fuscitare motus per definitionem Pontificis loquentis ex cathedra, qua declaretur Mysterium immaculatae Conceptus Marie, vel ut res de fide, vel ut certa infra fidem, sed cum certitudine aliqua infallibilis veritatis.

Videamus quas turbas, ac tempestates novus hic augur de cœlo delapsus Ecclesiae portendat, si horum alterutrum deceatur.

Eo ipso, quod Pontifex definis Mysterium eo modo, quo definiuntur peccatum, damnatur, quod hoc usque non est datum. Prindeque liberum erit cuique in libris, in academias, in publicis, & privatis colloquiis inuere censuris, probis, & contumelias viros pietate, & doctrina præclaros, Ordines de Ecclesia bene merentes, priscos Patres, & Santos Ecclesiae Doctores, qui contrarie sententias adhæserant: quod hoc usque Jamini Pontificis veterum.

Magna scandala est ad misericordiam commovendam in illis verbis, quibus auctores non valde multos Ordinis futuros, & credos ab omni in commendo, & contumelia præstatre contendit. Charicatum in suis equidem laudo; sed quod eis antiquis Patribus adjungit, reprohendo. Est enim mendaciorum impudenti filiorum dicere, priscos Patres, & Ecclesiae Doctores à contraria parte stetisse: quorum primi à Vincenzo Bandolino omnes audacissimo confitentes, partim interpolatos, ac depravatos, partim perperam in reflectos, partim ratiocinantes sibi constantes viri docti complices, in eorum lectione, & coniunctione versati prodiderunt (a). A' Bandello Cajstanus accepit: ipse tradidit cæteris bona fide. Ergo auctores plerique, qui deinde sunt consecuti, in quibus maximo Caius, & Natalis Alexander, scripta sua refuterunt Pantum locis, & dicens, quæ sine dubio podulisset afferre, si nomina eorum, vitaque institutum, si libros omnino, scriberentis confidem inveteratione. Itaque in errorem doctissimum viri suum inciderunt. Ut alios præterea, qui velante Bandoliam sententias veterum congregaverunt; in

(a) Bellarminus in informatione ad Paulum V., & alii.

quibus unus Turrecremata centuriam confecit; vel qui ipsum sequi, autores amplius ducentos ad eum numerum addiderunt. Quid si Cajetanus in solis Patribus quindecim (non enim attulit plures) deceptus turpiter est; quid iis tandem confarcinatos ibus accidisse credendum est, qui tres centurias recensuerunt? Sed non est opus conjectura; cum pars tam sit, pise sententia oponentes, quicumque his annis serè quingentis de hac re commentarios ediderunt, easdem Patrum sententias in suis libris habere, quae, tribus exceptis, ipsorum Patrum ab exemplaribus discrepant, tunc regentibus. tunc antiquis. Ridendi sunt igitur, qui non Jane Patres, sed Patrum laudes ostentant, tamquam terricula imperitorum. Neque tamen dissimilabo, autores sive scripta repertos esse, qui vero nominis originali peccatum Deiparae adscriberant. Sed illi nec Patres sunt, nec antiqui Scriptores, nec in Divorum, vel Beatorum numerum lecti, modo unum excipias Antoninum (e) à familia Pradicorum. Seculum serè est, claram, censu omnium diligenter factò, hæc plane surdis; ac pertinacibus occinente desisti sumus; quibus etiam ostendimus, si autores novos, ac veteros, qui de Virginis Concepcione scripserunt, in partes tribus virginique, u quam illis superesse, quam dicant pro se stetisse; in qua tamen heretici longè plures, quam Catholici numerantur. Si haec vera sunt, ut vera esse probatum est ex voluminum fide, quo typis edita in omnium manibus esse posunt; quid isti adhuc perturbatores Ecclesiæ antiquos Patres, acque Doctores in ore habent? Provvidendæ sunt, inquis, Patrum sententiae, &c., quod illos tu mudi partio pertineat, inquirendum: non calumniam; si scholasticæ autores exemplaribus usi non eralde bona verba mutarunt. Non enim id horum vitio tribuendum est, sed eorum, qui descripsierunt. Ne longum faciam (est enim questio fastidiosa) libenter dabo, non esse verba questenda, sed Patrum sententias investigandas. Quid tandem? Tu ne plus eorum mentem assequeris, quam Ecclesia? Arquit Ecclesia Patrum sententias investigavit, eademque Deiparae.

In-

(a) In Summa tantum: nam alibi faveat Miserere. (e)

Immunitatētē publicē colit. Erraret autem sciens, ac volens in occultu tribuendo, si omnia Patrum esset una sententia, peccatum originis in Dei Matre fuisse. Nam traditionem superioris aetatis eo facto negaret. Hęc enim duo ita sunt coniuncta, atque conjuncta, ut divelli, ac dissociari non posse, Doctrina Omnim Patrum, & Ecclesiae Traditionis. Non potes igitur dicere, quod superbe iactabant maiores tui, opinionem illam, quę labem astringit Deiparae Virgini, in fini quiescere omnium Patrum, atque Sanctorum; quin simul affimes, Ecclesiam funditus periisse, vel apud tuos contubernales, eosque paucos manere, qui secus teneant. Quocirca, si fapis, non omnes Patres, sed unum, vel alterum, & antestores præterea sexaginta labem originis admississe contendas in Deipara Virgine. Quorum tamen ut famam tuerere, non aportebat definitio negotiorum disturbares. Quid enim times? Ne non deinceps eo in honore futuri sint, quo ante fuerint, si forte illorum opinionem, quę tua est, Ecclesia rejiciat? Explosa est olim Cypriani, ac penè omnium Africanorum sententia, qui putarunt ab hereticis venientes esse iterum baptizandos: illorum etiam, qui Melchisedech non hominem quempiam, sed Spiritum Sanctum esse dixerunt. Veniale peccatum perpetrasse Mariam sult Patrum gravissimorum opinio (a), Irenaei, Athanasii, Cypriani, Chrysostomi, Gregorii Nysseni, Andreæ Hierosolymitanæ, Bedæ, Ammonii, Origenis, Tertulliani, Euthymii, Theophylacti. Nam reicit Tridentinum Concilium, & ab omni peccato, quod est actionis, Virginem scivit ab horruisse ex Ecclesiæ consensu (b). An est idcirco eorum Patrum vel dignitas, vel auctoritas imminutus? Quin habentur in pretio à sapientibus viris; neque mirum videri debet, errasse, inquit, fratres, dum multa etiam in ecclesiis etiam in monachis.

(a) Iren. lib. 3. cap. 18. Athan. serm. 4. cont. Ar. Cyp. serm. de Prof. Dom. Chrysostom. 4. in Matth. 20. in Joan. 12. in Ps. 63. Greg. Nyssen. in illud, Quando sibi subiacerit omnia. Andras. Hier. serm. de B. V. Beda sup. miss. est. Amm. in Ewang. Iacob. Origen. born. 1. in Gen., 19. 17. in Luc. Tertull. de carn. Christi cap. 7. Agl. lib. 4. cont. Mar. cap. 19. Euthym. in 1. Luc. Theophil. in 1. Luc.

(b) Sess. 6. Canon. 3. in libro 1. de ecclesiis et monachis. 1. (s)

se illis interdum, cùm hōmīnes futrint. Ad eum modum, si Mysterium Concepcionis Ecclesia aliquando decernat, noli, quæso, dubitare, quin sint futuri, qui Patres illos clementer accipiant, si quibus aliter vilum est. Faciunt omnes, quod te, tuosque nunc etiam facere aequum esset; cùm honoris p̄fationē Antoninum relinquent, ubi sp̄gite repugnat; commode alios explicabunt; eosque tandem sequentur, quos cum Ecclesia idem festare perspicuum est. Si quis autem ē vulgo male fānus, & procax audebit Ordinem quempiam maledictis incessere, lege multahitur. Nos enim, si doctrina rejicitur, consequens est, ut impudē Do-
ctoribus fiat injuria. Sed ad alia jam transeamus.

C A P U T V.

Nativitatem Deiparæ, & se jungatur à Conceptione, fuisse Sanctam ostendi non posse ex antiquis Patribus.

Conceptionem Innoxiam nisi traditione veteri, & teripi Patrum; unde consequens est, Sanctam quoque fuisse Nativitatem.

Auctor libelli narratione complectitur festos dies Beatae Virginis, eo consilio, ut viam sternat disputationi, an sit necesse, id expediens, ut Mysterium Concepcionis ceteris præferatur. Quanvis, inquit, decembris sapientem Festam B. Mariae Virginis enuerentur in Ordinario Romano, rater septem sodum principalia dicuntur, quia correspondent septem principalibus Mysteriis Virginis, quæ sunt Conceptionis, Nativitas, Præsentatio, Annuntiatio, Visitatio, Purificatio, & Assumptio. Tria ex ipsis, nempe Annuntiatio, Visitatio, & Purificatio enuntiantur in Evangelio Sancti Luce cap. 1., id 21; ideoque de fide credenda sunt. Et infra: Mysterium Nativitatis Virginis Mariæ solemniter celebratur, quia ejus Nativitas sancta fuit. Mariam fuisse purificatam in utero matris, antequam nasceretur, sine nota temeritatis negare nequit. Idque probat hoc argumento. Si

E

Jc-

Jeremias Propheta, & Joannes Precursor fuerunt in utero sanctificati, antequam nasterentur; non est ratio, quare comedem, & meliori modo non fuerit sanctificata in utero, & a repleta Spiritu Sancto, antequam nascatur. Beatisima Virgo Mater Domini nostri Iesu Christi.

Rectius methodo fecisset hic libellus Auctor, si rationem ad id probandum singularem, ac veram, ex Divo Thoma attulisset; qui tantum parte questione 2. articulo primo sic habet: Ecclesia celebrat Nativitatem B. Virginis: sed non celebratur Beatum in Ecclesia, nisi de aliquo Sancto: ergo B. Virgo in ipsa sua Nativitate fuit Sancta. Sed consuetudo praeterit. Nam primum neverat, in hoc argumento magnum pondus inesse ad priam sententiam corroborandam. Si enim, quod ab Ecclesia celebratur, sanctum id esse necesse est; & Ecclesia jam celebrat Conceptionem Deiparorum, hoc est anima in corpus Infusionem; hanc prorsus efficitur esse Sanctam, & Immunem peccati. Hæc prima est via querendæ in rebus Theologicis veritatis, Ecclesiæ sensus, & consuetudo, quæ nec fallere, nec falli potest. Quam sane viam Beatus Thomas infistens, & qui eum secuti sunt præstantes Theologi, non dubitarunt in iis rebus sanctitatem agnoscere, quas ritu publico Ecclesia veneraretur. Sed libelli Auctor faciem præbet Ecclesiæ, eique monstrat, quamobrem, antequam nascetur, sanctitate necesse fuit ornari Deiparam Virginem. Ne, inquit, inferior esset Jeremias, & Joanne Baptista. Egredi vero luce claritas ostendam, argumentum hoc tunc nihil valere; eamque afferam responsorem, qua vos uti soletis, cum argumentum pro illibato Concepitur ita ex Patribus promovemus: Joannes Chrysostomus, aliisque Patres Mariam dicunt sanctiorem fuisse Cherubim omnibus, atque Seraphim; in istis autem non fuit originalis culpa: igitur multe mindes in Virgine: alioqui non esset sanctior. Ad hoc vestra responsio est, sanctiorem Angelistarum fuisse Marianam, cum dñe gratia Divina ornata est. Itaque Patrum verba amplitudinem gratiae significare, non extensionem ad omne momentum, Quam id recte dicatis, non est huius loci discutere. Ad argumentum jam tuum venio. Fuerit, inquit, Maria dubius illis inferior, nisi in matris utero Ian-

sanctitatem accepisset. Autem erat mihi, ut praefacte istud negem, respondeas inquit, tamen illam demum altiorem esse cōspicere, cum vestrum est Deo maneribus eam suis luculentior ornare. Matrius, anterius, non refert. Ergo aliunde p̄esendum est, r̄e ipsa factura fuisse, c̄um esset adhuc in ventre Annae. Sicut Ecclesiis auctoritate colligeres, quæ ortum Mariæ publicè colit, nec potest errare, ubi cultum decernit Religiosa, & Sanctam sapientis Theologim more facies. Sed Ecclesia te magnopere pungit, ac terret auctoritas. Quæ te igitur vertes? Ad Verbum Divinum? Veniam in eo generales sententias omnes homines nasci perhibent omnia late peccati (a). Quid est homo, ut immaculatus sit, & genitus iustus appareat natus de muliere? Ab ea lege Joannes, & Jeremias discessis verbis excipiuntur. De Deipara nullum verbum. Nec vero dicere potes, per traditionem Apostolorum id in Ecclesiam descendisse; cum hujusmodi traditiones, ut ipse quidem existimas, non per alios, quam per Episcopos illos antiquos, & sanctos auctores Apostolis succedentes, ad nos usque pervenerint. Non est autem proditum litteris; priscos illos scriptores id à majoribus acceptiss. Tradiderent enim bona fide & ipsi posteris suis. Ipsa autem munda tradidit sunt. Nam saeculo quinto in magna Ecclesia non modo quiete, sed etiam felicitate, hujus rei nulla mentio ab his patribus facta, qui & multi tūm floruerunt, & in Deipara laudibus mirum in modum velificati sunt. Quia Augustinus in sermone, quem habuit in Joanne Baptista (b), Natalem, inquit, sancti Joannis bethie celebramus: quod nullumquam sanctorum legitimus fuisse concessum. Solius enim Domini, & Beati Joannis dies Nativitatis in universo mundo celebratur, & colitur. Quid pertinet ista, nisi ut appareat, sanctitatem Mariæ, cum in lucem est edita, non veterum Patrum testimonio scripto, quod extet (nam, quod sciamus; nec ullum fuit, neque fuisse necesse est) sed generalibus nisi sordidem sententiis, quæ Mariam ab omni sorte, & habe peccati alienissimam, nunquam obnoxiam, ma-

(a) Job. c. 25.

(b) Sermon de sanct.

Iudiciorum, semperque beatam veritatem habent? Quocirca vestrum
ottum Mariæ non celebrabat Ecclesia state Augustini (nec
enim omnia simul Mysteria publicè coli necesse fuit) ta-
men erat jam inde à primis ducta temporibus certa traditio,
eaque litteris confignata multorum Patrum, Mariam Vir-
ginem a tonomastice Παναγίαν; hoc est omnino, & unde-
quaque Sanctam extitisse; neque solidam Immaculatam, sed
~~υπερμητήριαν~~, hoc est eiusmodi, ut nulla macula possit asper-
gi. Nolo hinc ego antiquitatem excutere. Est enim super-
vacaneum in tanta copia librorum, qui Patrum sententiis
ad istam rem pertinentibus referti sunt. Atque id maximè
damus opere, ut strictim, pressè quo differendo libelli Aucto-
ris inscitiam castigemus. Sic ergo conficio: Sanctum fuisse
B. Virginis ortum non ea ratio, quā iste utitur, probat;
non peculiaris traditio; non verbum Dei; sed generalis,
ut ita dicam, traditio de perpetua Sanctitate Deiparæ, quæ
ab Apostolis in Ecclesiam descendit, Patrumque est litteris
conservata. Ad eam verò, Sancto Spiritu afflante, tunc
Ecclesia respexit, cùm diem festum Nativitatis Deiparæ
consecravit. Arqui Sanctitas illa perpetua, quæ difertis, est
Patrum significata dictis, constare non posset, nisi pecca-
tum originale à Virgine excluderet. Igitur ex quo uno
principio concludere potes, ac debes, Mariam, cùm na-
scetur, Sanctam fuisse, ex eo colligas opus est, cuius etiam
Originis Caruisse.

Eodem in loco, ubi auctor libelli de festo differit Nati-
vitatis, celebritatem illius testimonio commendat Petri
Cellensis (a), qui epistola 23. lib. 6. epistolarum sic habet:
Nativitas Virginis, crescente fidelium devotione, addita est
praeclaris Ecclesiæ solemnitatibus. Sed quæ sequuntur in co-
dem auctore, maliciosè prætermisit. Nam & summam te-
stantur Ecclesiæ Romanæ auctoritatem, & certum judicium,
quod falli non potest in cultu publico decernendo: Utinam,
fatuū veritatis autoritate, lance communis consiliī hæc domi-
na, & moderatrix socius Christianitatis Conceptionem Virgi-
nis librasset, & approbasset; à mari usque ad mare hanc pro-
pa-

(a) Floruit anno 1168. paulò post S. Bernardum.

pagasset: sole, id est Apostolico, ac locis, id est curia Romanae
præcunte, tam securè, quām expeditè gressus meos ponerem, &
disponerem, ex hoc videns visitare lubricum, & sequi solidum,
& securum. Scriptam eam Cellensis epistolam ad Nicolaum à
S. Albano, qui Conceptionis celebritatem, à Canonicis Lug-
dunensibus nuper inventam, egregie probaverat, Divinumque
Bernardum id ægrè ferentem, cum esset in eum sub iniquior,
acerbius notaverat. Ergo Bernardo ad stipulatus Cellensis
unum hoc reprehendit in Lugdunensibus, quod in consultâ
Romana Sede festum indexerant. Quippe in alia ad Nico-
laum epistola, Conceptionis Mysterium mirificè prædicat
(a): Crodo dico, afferro, dico iure, Beatissimam Virginem na-
tum in eterna prædestinatione singulari privilegio unitam;
nec à sua Conceptione in aliquo violata, sed semper manisse
de permanentib[us] illibatum.

C A P U T VI.

*Adversarii levitas, & infidit[ia] in explicando Mysterio
Presentationis Mariae. Quid colas Ecclesia
in ejus Feste.*

Pergit auctor libelli, & Mysterium Presentationis quasi
censoria potestate sibi sumit examinandum. Quidam in-
quit, illud confundunt cum Mysterio Præsentationis Christi in
Templo, sumendo Præsentationem auctore comparative ad Virgi-
nom, passime respectu ad Christum. Tamen iuxta universalem
proxim Ecclesia Mysterium Præsentationis Christi respectu
ad Virginem vocatur Purificationis Mariae. Et paulo post:
Auctores fore omnes illud sicut in quadam pia tradicione, qua
supponitur, parentes Marie, dum triennis erat, eam obtulisse
Domino in Templo ad similitudinem Annae matris Samuelis,
qua Domina obculit infansulum illa divinitus datur, ut Deo
seruiret in Templo. Sic parentes Marie præsenterant Domino
sandam puellam, Levitis, & Sacerdotibus consignarunt, ut
eam

(a) Lib. 9. epist. 10.

Item colliguntur in Auctorio pro educatione pauciorum prope Tempulum constructo; in quo p[ro]p[ter]e credidit solemnior Deo votis virgininem suam. Subinde addit: Libens animo hanc sententiam adhucerem, si purgaresur à multis fabellis in apocryphi libris emarcati. Tandem concorditer Relictus b[ea]t[us] fabellae. Ut Præsentatione Virginis purgata ab[us]o apocryphis narratiu[m] calciu[m], Mysterium est Præsentatio Virginis in Templo facta a parentibus. Festum in Oriente antiquum erat: in Ecclesia Occidentali celebratur fuis sculo XIV. cum Officio particulari, quod iustis de cibis abrogavit Pius V.

In paucis verbis vicia non pauca notanda sunt. Primum: Si plam traditionem præ ea sumere velis, quanta nihil prohibet cum errore posse coniungi, vehementer erras. Ecclesia enim publice colit Præsentationis Deiparae. Quod autem colitur ab Ecclesia, falsum esse non potest; ideoque nec Præsentatio Deiparae, à parentibus facta. Est ergo non solum pia, sed etiam certa traditio, quam tenet Ecclesia, dum cultum decernit Præsentationis Deiparae. Deinde libelli Auctoris audaciam quis ferre possit, cum ita loquitur: *Libenter animo huic sententiæ adhucerem, si purgaretur a multis fabellis?* Quasi verò liberum sit in hac traditione, quod est essentiale, vel negare, vel credere, semotis etiam fabellis. Hæc enim traditio, ad rem quod attinet, negari non potest; sive rei quædam non posse, & adjuncta h[ab]ere vera, sive falsa. Bardonius in Martyrologio Romano die Novembris XXI. traditionem hujusmodi tanquam costam proponit: Petras verò Canis-hus libro primo de D[omi]n[u]m cap. i. 2. eandem Præteritum gravissimorum testimoniis confirmat. Itis autem auctoriibus intellectus est fidere, quidam iis Criticis recentioribus, quos intelligit libelli Auctor, & quies verò possit hæreticorum Magdeburgensium germanos fratres appellare. Postremo perleme agit auctori libelli, qui eam proprium Officium Præsentationis ab his guttura commenstraret à Pio V., facti causam dissimulat, ut videtur in ambiguo religi[us] pat[er] peccati cultus obiectum ejus dicit. Sed ab imponet civiliator Influsus era[n]te, invenimus, quia auctorius est, etiam in multo modis de leis

T[er]tiu). Dupinum intellige, eiusvae similes Criticos hujus aetatis.

dixis in Ecclesiastica Historia; quos miserebat, Pius Quintus, ut reformandis Breviario Romano operam daret; causis adductum omnino tribus fuisse. Prima fuit, ut ne in cultu Divino singulares Ecclesiae inter se discrepant; quas in magna Officiorum veritate invice discrepare volerent componendum erat. Unam igitur methodum, formamq; proposuit venerandi Deum Ecclesiastico ritu, quam Latini tenerent omnes, ad quos pertinet Officium persolvere. Alia causa, Antiquitatis veneratio. Nam Ecclesia Romana veteres ritus & coluit semper, & magna cum fide, ac religione retinendos judicavit. Ergo siquod Officium non commendabat antiquitas, Pius Quintus expunxit a Breviario: eaque causa fuit, ut Officium illud excluderet Immaculati Conceptus, quod Leonardus Nogarola exaraverat, ac feret tota ab annis amplius nonaginta usurpabat Ecclesia; in ejusque locum Nativitatis Officium diei festo Concepcionis adscriberet, cum eo tamen, ut, quae erant necessariò mutanda, mutantur. Erat autem Nativitatis Officium antiquissimum. Similiter Praesentationis Officium idem Pontifex abrogavit, propterea quia vetustatem illius non satis liquidè compresisset, vel non tantam fortasse, quantam ipse requireret, ac probaret. Sed hac deorum probata, dies festum, atque Officium restituit Sixtus Quintus. Quod cum auctor libelli minimè posset ignorare, pessimè fide dissimulavit. Tertiam causam non est hie opus commemorare. De illa enim satis est dictum in alio loco. Nuanc illud exequar, cujus causa narranda ista fuerunt: Si libelli Auctor quod Officio mutata sunt, vel fallacem fuisse, vel esse porciusculum existimat; nullo negotio refelli potest. Idem enim erat Objectum peculiare Ecclesiastici cultus in antiquis Officiis, quod est in recentibus. De Concepcionis Officio testimoniū habemus Alexandri VII., quod est à nobis allatum hujus initio disputationis. Praesentationis Officium semper habuit in Ecclesia Latina oblationem pueræ Mariæ, à parentibus factam. In Graeca Purificatio Mariæ dicta est etiam pueri Iesu Praesepatio. Mentitur vero libelli Auctor, si quosdam sit Latinos auctores, post institutum Officium Praesentationis Mariae, eandem confundere cum Praesentatione Christi. Leges Latini-

na Breviaria, vel manu scripta, vel typis edita ante Sextum Pontificem; in eisque reperies, aliud Præsentationem Marie, aliud Purificationem esse: quod nullus auctor Latinus, modò nestipes esset, potuit ignorare. Quod si vetera Officia perinde ac nova idem cultus Objectum habuerunt, ridiculum est in cultus Objecto inde fallaciam suspicari, quod Officia mutata sint.

C A P U T VII.

Qui negaret B. Virginem fuisse in cælum corpore assumptam, cum esse de hæresi vehementer suspectum fateatur Ecclesia clarissimum lumen Cardinalis Gorazdus Gorazdus. Id multò magis valere in eo, qui negat. Innociam Conceptionem. Quid si coram omnibus, et lendum in Assumptione, ex Officio apparere.

DE Mysterio Assumptionis plura differit libelli Auctori. Dubitasse de illo veteres Pâtes; ideoque in antiquis Martyrologiis non Assumptionis, sed Pausationis, Dormitionis, Depositionis, & Transitus extitisse vocabula: Erat media eam sententiam percrebuisse, quæ Deiparam statuit & post mortem resurrexisse, & in regnum coeleste e vestigio sublatam: Franciscum Starezdum eximium doctorem ingenius fateri, sententiam Assumptionis Virginis in corpore, & anima in cælum non esse de fide, quia neque est ab Ecclesia definita, nec est testimonium Scripturæ, aut sufficiens traditio, quæ infallibilem fidem fidem: tamen summae temeritatis reus crederetur, qui tam piam, religiosamque sententiam impugnaret. Ego vero, qui Assumptionem negaret, non eum modò temeritatis; quod haberet contemptum superbam Ecclesiasticæ regulæ, sed etiam gravissimi erroris insimularem. Est enim veritas doctrinæ Catholice, in Regula Morum Christianis tradenda Ecclesiam falli non posse; palatique est, ab Ecclesia subter Christianos, ut Marie Assumptionem public-

41

blicè colant. Ex quibus efficitur, Assumptionem Deiparæ veritatem esse doctrinæ Catholicae; cui proinde erroneous sit repugnare. Nec id solum, sed, quod verissime scriptis Cardinalis Gottus, quem Ecclesiæ Romanæ clarissimum lumen jure possumus appellare, addendum est (a), negantem Beatam Virginem fuisse ad caelos cum corpore assumptam, fore vehementer suspectum de heresi, non quia præcisè communi credulitati sece opponeret, sed quia præsumeretur hoc ex judicio errore procedere, nimisrum quod Ecclesia universalis proponebat B. Virginem sub titulo falso colendam. Quod multò magis valere debet in eo, qui Deiparæ Immunitatem in Concepcionem negaret. Hunc enim titulum Ecclesia Catholica non modò proposuit, verùmetiam in Alexandri diplomate enucleatè explicavit, &c., quodnam Objectum eo titulo designatur, verbis luce clarioribus indicavit. Ad Assumptionem jam redeo. De veterum Patrum dubitatione nihil esse curandum ille ipse monet, quem modò citavi, doctissimus auctor his verbis (b): *Respondeo quoad Patres: quod aliqui eorum de corpore Assumptione Beatae Virginis in celum ambigad senserint, nibil me movere. Nam de aliis etiam prioribus sculis dubitatum fuit inter Patres, nondum eliquatè veritate, de quibus postea omnis dubietas sublata fuit.* De beatitudine animarum justorum, an hanc statim purgatae consequerentur, an vero eis ad finem mundi fore differenda, per multis secula, Patribus hinc indestantibus, disceptatum fuit. *De Regno millenario p[ro]st* hanc vitam; que inter Patres fuerit contentio, omnes norunt. Et paulò post: *Qui de Assumptione Beatae Virginis in celum dubitarunt, puto motu fuisse ex libro de transitu Virginis; ex epistola sub nomine Hieronymi, vel Sophronii; sermone 35. de Sanctis olim Augustino supposito; i[n] aliis, qui de hoc dubitanter loquuntur. Sed tamen postea liber ille de transitu Virginis à Gelasio fuit apocryphus declaratus; cum epistola illa Hieronymi, i[n] sermone Augustini, tamenquam spurius factus, fuerunt auctoritate spoliati; quotquot deinceps scripserunt, dubium deposuerunt.*

At vetus, inquis, Ecclesia non Assumptionem, sed

(a) In Veritate Religionis Catholicæ tomus 4 capitulo 46. 100

(b) Num. 18.

mortem colebat. Quod signum est, non modò aliquet Patres, sed omnem Ecclesiam de illa re dubitasse; tūm cultūs Objectum esse mutatum ab Ecclesia júniorē.

Ad hoc etiam auctoris ejusdem Eminentissimi responsio est: *Quoad Ecclesiam Latinam, & Græcam, dato quod an- ceps, & dubia aliquot saculis hōferit, novis tamen luminibus a Deo illustrata omnem dubietatem deposita.* Non enim omnes veritates eodem tempore ab Ecclesia declaratae sunt, sed eostem- pore, quo Spiritui Sancto visum est. Et infrā: *Hoc dixi, non quia puerum, Ecclesiam saltem totam de Assumptione Beatae Vir- ginis corpore, & anima in celum aliquando dubitasse.* Læct enim Usuardus in Martyrologia, & Ado, nonisaculi auctores, eam sub nomine Dormitionis proponant, & incertum locum re- linquant, in quem corpus ejus translatum sit, sicut & Meno- logium Basili anno 886. editum, eisque aliqua Ecclesia usa- fuit; totius tamen Ecclesie auctoritatem nunquam obtinuerunt. Quin si Ecclesiam Romanam consulimus, invenimus eam à sa- cculo sexto nomen Assumptionis Beatae Virginie, non Dormitionis usurpare, ut in Sacramentario Sancti Gregorii suprad observevi- daretiam in antiquo Ordine Romano octavi seculi. Et si Gra- eos etiam antiquiores adeamus, inveniemus inter ceteros Da- mascum, qui esto Dormitionis nomen usurpet, sicut Græco- rum alii, eam tamen corpore, & anima assumptam in celum facientur, ut legere est in eorum publicis Officiis pro diebus XV., XVII., & XVIII. Augusti.

Hoc testimonium Orientalis Ecclesie imperitiam redar- guit libelli Auctoris, qui vocabulum Dormitionis, ac cæ- tera, hujusmodi in eo festo usurpata, Assumptionem exclu- dere existimavit, cum ita scripsit: *Aliquando apud seculo- rum priorum veteris Patres dubitarum fuit de ejus resurrectio- ne statim post mortem, & de ejusdem corporis glorificatione, & Assumptione in celum.* Quare auctores antiquorum Martyrolo- giorum agnoscentes vim nominis Assumptionis, indicarunt ejus festum nominibus Depositionis, Dormitionis, Pausationis, & Transitus Mariæ.

Præterea, quod ynam mortem coluerit vetus Ecclesia, non est ex eo consequens, ut, cum Assumptionem colere coepit, Objectum mutaverit. Hoc enim tempore simul co- lit

lit beatam mortem, & Assumptionem. Itaque non est mutatum Objectum, sed ampliatum. Etsi vero privatæ aliquot Ecclesiæ, cum Dormitionem Beatæ Virginis colerent, in Usuardi Martyrologio ita legebant: quo autem venerabile illud Spiritus Sancti Tenplum nutu, in consilio Divino occultatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum, in apocryphum inde tenendo docere: quamvis, inquam, sic legerent; non tamen appareat, Assumptionem tunc ab illis negatam, sed ea de re curiosam inquisitionem prætermissam. At non est, inquires, omnibus numeris absolute traditio. Non refert. Nam Ecclesiæ judicium est plusquam satis ad certam fidem facienda in Assumptionis Deiparæ. Ecclesia enim, Deo moveante, festum instituit; & quod sentiret, & crederet, satis aperte significavit, cum Officium præscripsit, quod Virginem habet Assumptam corpore, & animâ: *Hodie Maria Virgo cœlos ascendit.* Ascendere enim viventis corporis est, non animæ separatae. Id, quod clarius apparet ex lectionibus Dæmasceni in secundo Nocturno. Ergo traditio de Assumptione Mariæ ab Apostolis quidem initium habet, quos Spiritus Sanctus, ut est illis promissum in Evangelio, omnem docuit veritatem: sed cum eandem obscuravisset persecutio- nis procella, quæ longo tempore exagitavit Ecclesiam; tum demum coepit emergere, suoque in lumine collocari, cum Ecclesia celebritatem instituit, atque præcepit. Nam eo facto testata est, Assumptionem Deiparæ in Apostolica traditione contineri; & cum Patres illos, qui hanc ipsam affirmaverunt, vera dixisse; tum illos etiam magno in errore fuisse versatos, qui aliquando dubitaverunt.

C A P U T V I I I .

Impudentia libelli Auctoris ajetis, adhuc esse controversiam de Virginis Conceptione. Cessisse jam arma Religionis, & Ecclesiae Romanae, Immunitatem colentis, constans iudicio. De hoc sententia D. Bernardi memorabilis. Primum argumentum Auctoris libelli conantis offendere, non esse necessariam definitionem. Periclitari auctoritatem Ecclesiae, nisi Mysterium definiatur. Quod ab Ecclesia definitur, contineri debere in ejus veteri doctrina tanquam in semine. Vincentii Lirinensis, de hac re gravissimum iudicium. Extare semina traditionis antiquae de Virginis Immunitate.

De aliis Mysteriis quæ parum doctè libelli Auctor disseruit, hactenq[ue] confutavi. Nunc videamus de Conceptionis Mysterio quæ profudit inepte, ut negotium definitionis interturbaret: *Nomen*, inquit, *Conceptionis Mysterium significans, de quo tamdiu disputatum est, sumitur pro illo instanti, in quo fætus Virgineus, juxta naturæ leges dispositus, fuit anima rationali vivificatus: & controversia vertit, an illo instanti infusionis animæ in corpus anima fuerit divinitus præservata à contagione peccati originalis.*

Hujus hominis impudentia quis poterit sine stomacho respondere, qui tam licenter affimat, de hac Virginis Conceptione adhuc esse controversiam, ubi lege Pontificis est omnis adempta disputandi libertas; jamque arma cesserunt Religioni? Videamus, quæ sequuntur.

Siluit hæc controversia prioribus Ecclesiæ seculis, & primus rumor intonuit sèculo XII. occasione cuiusdam festi celebrati à Canonicis Lugdunensibus sub nomine Conceptionis Mariae; ad quos Sanctus Bernardus illam celebrem dedit Epistolam, quæ est in ordine 174. in qua illos redarguit de novitate inducendo celebritatem, quam ritus Ecclesiæ nescit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio.

*Non equidem moveor conjecturâ virorum doctissimo-
rum,*

rum, qui hanc Epistolam non à Divo Bernardo, sed ab ejus amulo acerrimo Nicolao de Sancto Albano esse prescriptam constanter affirmant; qui Epistolæ ipsi Bernardi nomen adjecterit ad invidiam conflandam. Illud contendo, Bernardum reprehendisse Lugdunenses Canonicos, quod eos putaret Conceptioni libidinosæ, quæ prima seminum comprehensio vocari solet, honorem deferre. Eum, inquit, honorem non probat ratio. Quod enim sanctum non est, coli non debet. An forte inter maritales amplexus sanctitas se ipse Conceptioni immiscuit, ut simul & sanctificata fuerit, & concepta? Aut certe quomodo peccatum non fuit, ubi libido non defuit? Alteram verò Conceptionem, quæ est animæ in corpus infusio, non negavit Bernardus fuisse sanctam, & immunem peccati. Sed quid attinet ista commemorare, cum palam sit, in hac eadem Epistola id potissimum contendisse Bernardum, ut sententiam Apostolicæ Sedis Canonici exquirerent? sibi certum, fixumque esse tenere, quod illa decerneret. Romana, inquit, Ecclesiæ auctoritati, atque examini totum hoc, sicut &cetera, quæ eiusmodi sunt, univerba reservo, ipsis, si quid aliter sapio, paratus judicio emendara. Ex quibus apparet, Bernardum, si viveret, execraturum impudentes Theologos, qui cum videant Conceptionem naturæ, hoc est animæ inclusiosem in corpus, Objetum jam esse Ecclesiastici cultus, adduci tamen non possunt, ut eam labis Immunem confiteantur. Quid enim? Bernardus Nativitatem, & Assumptionem Mariæ Divinas esse muneribus exornatam fatetur, quod utramque Romana veneretur Ecclesia: tu Sanctitatem Conceptionis illius, quam publico honore deferendo jam testatur Ecclesia, incertam putabis? Atqui Bernardus, qui hanc in dubium vocaret, eum pessime errare arbitraretur.

*H*is præmissis, inquit auctor libelli, videndum, an hoc sit necessarium, & expediens definire ex cathedra bujusmodi Mysterium: cui quæsto negative respondendum censemus bis nixi argumentis. Necesse fuerunt definitiones veritatum ex cathedra, scut & condemnationes errorum, quando ab hereticis impugnabatur fides, vel a pravis doctribus labefactabantur mores. Tum exemplis definitionum relatis ex Ec-

cle-

46.

ecclastica Historia; ad causam quod pertinet, concludendo necit. Sed sententia de Conceptione Virginis in originali peccato non est error contra fidem, nec contra mores; quia Summi Pontifices, qui supra hoc Mysterium Constitutiones ediderunt, sub gravissimis penit's vernerant, ne illa calibus inurarentur censuris. Ergo dicendum est, non esse necessariam definitionem ex cathedra, qua redat sententiam immaculati Concepus certam certitudine infallibilis veritatis.

Quid sibi velit hoc argumento, non prorsus intelligo. An ea tantum existimat finienda fuisse, quorum ante definitionem explorata, communis, & constans erat Ecclesiae fides, ut proinde necesse fuerit ab Ecclesia damnari, qui hanc fidem evertere adorti essent? Atqui non res modò antea certas, & exploratas definitivit Ecclesia, sed illas etiam, de quibus orta inter Catholicos controversia, quid esset in posterum certa Fide tenendum, ipsius Ecclesiae auctoritate decreatum est. Sane difficiles controversias in Religiosis negotiis ad Pontificem ferri; Pontificis esse eas cognoscere, atque decernere, Divus Thomas affirmat (a); difficiles, inquam, controversias, non solos articulos manifestos. Quanquam nihil tam est explorarum in Religione Catholica, quod non heretici in dubium verterint. Mentitur ergo libelli Auctor, si tanquam certum assumit, unam esse necessitatem definitionis, res antea certas, & exploratas Ecclesiae lege corroborare. Nam est alia necessitas, Christianorum lites, dissidia que componere in rebus iis, quarum neglectus Catholicæ Fidei periculum paret grande conflare: ut in illis erat de milenario regno, deque celesti felicitate controversiis; tum aliis permultis, quas eruditus ignorat nemo in Ecclesiastica Historia. Eaque de causa Mysterium Conceptionis existimo definiendum. Quatitur enim, mihi crede, Fides, dura Ecclesiae, & Pontificis Maximi ridetur auctoritas. Rident autem, qui vel Objectum Ecclesiastici cultus habent id sane, quod Alexander designavit; sed illi tamen cum probabile volunt non magis verum id esse posse, quam falsum, arbitrantur. Quod est, obnoxium errori Pontificem esse cum Ecclesia uni-

(a) J.T.B.2.2.ques.9.art.10.

universa. Vel aliud Objectum comminiscuntur; seu genus
retinent ejusdem Objecti; at differentiam, hoc est additam
Sanctitatem primi momenti, non verentur negare, ac funda-
mentum hujus festi pricipuum dicunt non esse Conceptionem
Immaculatam, sed Simplicitor Conceptionem Matris Dei fulta-
ra. Hoc autem negare est, quod Alexander affirmat. Quo-
rum utrum sit flagitious, dicere nescio: utroque autem ma-
gnopere concuti Catholicam Fidem, nemo est, qui non videat.
Nunc est monendus libelli Auctor indoctus, ut à me discat,
ubi res quaepiam finienda proponitur, duo requiri: Primum
ut illa Christianam ad Religionem, moresve pertineat: Alter-
num, ut eam Ecclesia cognolcat in libris Divinis, vel Tradic-
tione aliquo modo contineri; neque oportere, ut ante sit ma-
nifesta, quam finiatur. Jam vero Mariæ Conceptio, & Im-
munitas non modo pertinet ad Religionem, sed etiam Fidei
gravissima capita proximè attingit, hoc est naturam, & pro-
prietates originalis peccati, occasionem Incarnationis, Di-
gnitatem Deiparæ, atque Præstantiam. Res igitur est maxi-
mè digna Ecclesiæ judicio. Ad hanc partim è sacris litteris
habetur, partim etiam ex veteri Traditione. Id, quod à nobis
in loco demonstrabitur. Sed hoc in primis Catholicus lector
velim attendat, non opus esse, ut in veteri Ecclesia illustre
fuerit, atque omnibus patens, quod Ecclesia recentior con-
stituere velit, sive publico magisterio, sive aperta definitio-
ne; sed satis esse, ut, quod Vincentius Lirinensis monet, in
veteri sit Ecclesiæ doctrina implicatum, ac velut in semine
contineatur. Cum enim is auctor docuisset, id esse tenen-
dum (a), quod ubique, quod semper, quod ab omnibus credi-
tum est; (quod ad privatam cuiusque hominis Christiani in-
stitutionem pertinet) id, quod Ecclesiæ præcipuum est, elo-
ganter edifferit in hunc modum (b): Sed forsitan dicit al-
quis: Nullus ne ergo in Ecclesia Christi profectus habebitur Re-
ligiosis? Habeatur planè, & maximas; sed ita tamen, ut de-
re profectus sit ille fidei, non permutatio: siquidem ad profec-
tum pertinet, ut in seminariam unaquaque res amplificetur;

ad

(a) Common. cap. 30.

(b) Cap. 28.

78

tempore collacrationis in Sacrae Scripturae pro educatione puellarum prope Tempulum constituta; in quo prie credentes solemniter Deo voroisse virginitatem suam. Subinde addit: Libenter animo hunc sententiam adhaeretem, si purgaresur a multis fabellis in apocryphis. Tandem concilidic Religiosus hisce fabellam. Ut Præsentatione Virginis purgata ab hisce apocryphis narratione calcas, Mysterium erat Præsentatio Virginis in Templo facta a parentibus. Festum in Occidente antiquum erat: in Ecclesia Occidentali celebratur fuit saeculo XIV. cum Officio particulari, quod justis de catus abrogavit Pius V.

In paucis verbis vicia non pauca notanda sunt. Primum: Si phantasticam traditionem pro eius summa velis, quam nihil prohibet cum errore posse coniungi, vehementer erras. Ecclesia enim publice colit Præsentationem Deiparæ. Quod autem colitur ab Ecclesia, falsum esse non potest; ideoque nec Præsentatio Deiparæ, à parentibus facta. Est ergo non solum pia, sed etiam certa traditio, quam tenet Ecclesia, dum cultum decernit Præsentationis Deiparæ. Deinde libelli Auctoris audaciam quis ferre possit, cum ita loquitur: *Libentianino huic sententia adhaeretem, si purgaretur a multis fabellis?* Quasi verò libertum sit in hac traditione, quod est esse tantale, vel negare, vel credere, sententias etiam fabellis. Hæc enim traditio, ad rem quod attinet, negari non potest; sive rei quædam non sententia, et adiuncta hinc vera, sive falsa. Baronius in Martyrologio Romano die Novembris XXI. traditionem hujusmodi dasquam contam proponit: Petras vero Canisius libro primo de Deiparæ cap. i. 2. eandem Præsum gravissimorum testimoniis confirmat. Ita autem auctoribus multo latius est fidere, quodam iuxta Criticis recentioribus, quos intelligibili libelli Auctor, & quos vero possit hereticorum Magdeburgensis et germanos fratres appellare (a). Postremo penitus agit auctor libelli, qui eam propriam Officium Præsentationis a hisce purgata commentaret a Pio V., facti causam disclamulat, ut videlicet in ambiguo reliquit per aliae cultus. Objectum eius dicit: Sed ab imponet cavillator insulsus erat, ut maxime rarae audirentur, et, rursum, nullum ei deis.

(a) Dupinum intellige, ejusque similes Criticoribus iste
sunt.

dicit in Ecclesiastica Historia; quibz minime latet; Pius Quintus, ut reformato Breviario Romano operam darer, causis adductum omnino tribus fuisse. Prima fuit, ut ne in cultu Divino singulares Ecclesiae inter se discrepare solere com-
petunt erat. Unam igitur methodum, formamq; proposuit
venerandi Deum Ecclesiastico ritu, quam Latini tenerent
omnes, ad quos pertinet Officium persolvere. Alia causa,
Antiquitatis veneratio. Nam Ecclesia Romana veteres ritus
& coluit semper, & magna cum fide, ac religione retinen-
dos judicavit. Ergo siquod Officium non commendabat an-
tiquitas, Pius Quintus expunxit à Breviario: eaque causa
fuit, ut Officium illud excluderet Immaculati Conceptus,
quod Leonardus Nogarola extraverat, ac ferè tota ab annis
amplius non aginta usurpabat Ecclesia; in ejusque locum
Nativitatis Officium diei festo Concepcionis adscriberet,
cum eo tamen, ut, quae erant necessaria mutanda, muta-
rentur. Erat autem Nativitatis Officium antiquissimum.
Similiter Præsentationis Officium idem Pontifex abroga-
vit, propterea quia requiratum illius non satis liquidè con-
peridet, vel non tantam fortasse, quantam ipse requireret,
ac probaret. Sed hac deinceps probata, dies festum, atque
Officium restituit Sextus Quintus. Quod cum auctor libelli
minime posset ignorare, pessimè fide dissimulavit. Tertiam
causam non est hile opus commemorare. De illa enim satis
est dictum in alio loco. Nuac illud, exequar, cujus causa
marranda ista fuerunt: Si libelli Auctor, quod Officia mutata
sunt, vel fallacem fuisse, vel esse poruisce cultum existimat;
nullo negotio refelli potest. Idem enim erat Objectum pecu-
liare Ecclesiastici cultus in antiquis Officiis, quod est in
recentibus. De Concepcionis Officio testimonium habemus
Alexandri VII., quod est à nobis allatum hujus initio dispu-
tationis. Præsentationis Officium, semper habuit in Eccle-
sia Latina oblationem pueræ Mariæ, à parentibus factam. In
Graeca Purificatio Mariæ dicta est etiam pueri Iesu Præsen-
tatio. Mentitur verò libelli Auctor, si quosdam ait Latinos au-
tores, post institutum Officium Præsentationis Mariae,
candem confundere cum Præsentatione Christi. Lege Lati-
na

na Breviaria, vel manu scripta, vel typis edita ante Sextum Pontificem; in eisque reperies, aliud Præsentationem Mariæ, aliam Purificationem esse: quod nullus auctor Latinus, modò ne stipes esset, potuit ignorare. Quod si vetera Officia perinde ac nova idem cultus Objectum habuerunt, ridiculum est in cultus Objecto iude fallaciam suspicari, quod Officia mutata sint.

C A P U T VII.

Qui negget B. Virginem fuisse in cœlum corpore assumptam, cum esse de heresi vehementer suspectum fateatur Ecclesia clarissimum lumen Cardinalis Gorcius. Id multò magis valere in eo, qui negat Innociam Conceptionem. Quid si coram omnibus, et in Opere Apparatu Londinum in Assumptione, ex Officio apparere.

DE Mysterio Assumptionis plura differit libelli Auctori: Dubitasse de illo veteres Patres; ideoque in antiquis Martyrologiis non Assumptionis, sed Pausationis, Dormitionis, Depositionis, & Transitus extitisse vocabula: Etate media eam sententiam percrebuisse, quæ Deiparam statuit & post mortem resurrexisse, & in regnum coeleste e vestigio sublatam: Franciscum Starczulum eximium doctorem ingenue fateri, sententiam Assumptionis Virginis in corpore, & anima in cœlum non esse de fide, quia neque est ab Ecclesia definita, nec est testimonium Scripturae, aut sufficiens traditio, quæ infallibilem faciat fidem: Tamen summae ceteritatis reis crederetur, qui tam piam, religiosamque sententiam impugnaret. Ego vero, qui Assumptionem negaret, non eum modò temeritatis, quod haberet contemptiōnem superbam Ecclesiasticā regulā, sed etiam gravissimi erroris insimularem. Est enim veritas doctrinæ Catholicæ, in Regula Morum Christianis tradenda Ecclesiastis fallī non posse; palamque est, ab Ecclesia iubeti Christianos, ut Mariæ Assumptionem public-

41

blicē colant. Ex quibus efficitur, Assumptionē Deipiræ veritatem esse doctrinæ Catholicae; cui proinde erroneous sit repugnare. Nec id solum, sed, quod verissime scriptit Cardinalis Gottus, quem Ecclesiæ Romanæ clarissimum lumen jure possumus appellare, addendum est (a), negantem Beatam Virginem fuisse ad cœlos cum corpore assumptam, fore vehementer suspectum de heresi, non quia præcisè communi credulitati sece opponeret, sed quia præsumeretur hoc ex iudicio errore procedere, nimisrum quod Ecclesia universalis propone ret B. Virginem sub titulo falso colendam. Quod multò magis valere debet in eo, qui Deiparæ Immunitatem in Conceptione negaret. Hunc enim titulum Ecclesia Catholica non modò proposuit, verùmetiam in Alexandri diplomate enucleatè explicavit, &c., quodnam Objectum eo titulo designatur, verbis luce clarioribus indicavit. Ad Assumptionem jam redeo. De veterum Patrum dubitatione nihil esse curandum ille ipse monet, quem modò citavi, doctissimus auctor his verbis (b): *Respondeo quoad Patres: quod si aliqui eorum de corpore Assumptionis Beatae Virginis in cœlum ambigad senserint, nibil me moveret. Nam de aliis etiam prioribus sculis dubitatum fuit inter Patres, nondum eliquatè veritate, de quibus postea omnis dubietas sublata fuit.* De beatitudine animarum justorum, an hanc statim purgat & consequerentur, an vero eis ad finem mundi fore differenda, per multa secula, Patribus binc indestantibus, disceptatum fuit. De Regno millenario post hanc vitam; que inter Patres fuerit contentio, omnes norunt. Et paulò post: *Qui de Assumptione Beatae Virginis in cœlum dubitarunt, puto motos fuisse ex libro de transitu Virginis; ex epistola sub nomine Hieronymi, vel Sophronii; sermone 33. de Sanctis olim Augustino supposito; & aliis, qui de hoc dubitanter loquuntur. Sed tamen postea liber ille de transitu Virginis à Gelasio fuit apocryphus declaratus; cum epistola illa Hieronymi, & sermo Augustini, tanquam spuris factus, fuerunt auctoritatē spoliati, quotquot deinceps scripsierunt, dubium deposuerunt.*

At vetus, inquis, Ecclesia non Assumptionem, sed

(a) In Veritate Religionis Catholicæ tomus I cap. 46. 17

(b) Num. 18.

mortem colebat. Quod signum est, non modò aliquet Patres, sed omnem Ecclesiam de illa re dubitasse; tūm cultus Objectum esse mutatum ab Ecclesia juniore.

Ad hoc etiam auctoris ejusdem Eminentissimi responsū est: *Quod Ecclesiam Latinam, & Græcam, dato quod antecepit, & dubia aliquot saeculis hæserit, novis tamen luminibus a Deo illustrata omnem dubietatem depositat.* Non enim omnes veritates eodem tempore ab Ecclesia declaratae sunt, sed eō tempore, quo Spiritus Sancto visum est. Et infra: *Hoc dixi, non quia putem, Ecclesiam saltem totam de Assumptione Beatae Virginis corpore, & anima in celum aliquando dubitasse.* Licet enim Usuardus in Martyrologia, & Ado, noni saeculi auctores, eam sub nomine Dormitionis proponant, & incertum locum relinquant, in quem corpus ejus translatum sit, sicut & Menologium Basilii anno 886. editum, eisque aliqua Ecclesia usantur; totius tamen Ecclesie auctoritatem nunquam obtinuerunt. Quin si Ecclesiam Romanam consulimus, invenimus eam à saeculo sexto nomen Assumptionis Beatae Virginis, non Dormitionis usurpare, ut in Sacramentario Sancti Gregorii supra observeatur, & retiam in antiquo Ordine Romano octavi seculi. Et si Graeci etiam antiquiores adeamus, inveniemus inter ceteros Damascenum, qui ex Dōrminationis nomen usurpet, sicut Græcum alii, eam tamen corpore, & anima assumptam in celum fassentur, ut legere est in eorum publicis Officiis pro diebus XV., XVII., & XVIII. Augusti.

Hoc testimonium Orientalis Ecclesie imperitiam redarguit libelli Auctoris, qui vocabulum Dōrminationis, ac cetera, hujusmodi in eo festo usurpata, Assumptionem excludere existimavit, cùm ita scripsit: *Aliquando apud saeculorum priorum vetustos Patres dubitatum fuit de ejus resurrectione statim post mortem, & de ejusdem corporis glorificatione, & Assumptione in celum.* Quare auctores antiquorum Martyrologiorum agnoscentes vim nominis Assumptionis, indicarunt ejus festum nonnibus Depositionis, Dōrminationis, Pausationis, & Transitus Mariæ.

Præterea, quod nam mortem coluerit vetus Ecclesia, non est ex ea consequens, ut, cùm Assumptionem colere coepit, Objectum mutaverit. Hoc enim tempore simul collit

lit beatam mortem, & Assumptionem. Itaque non est mutatum Objectum, sed ampliatum. Esi vero privatæ aliquot Ecclesiæ, cum Dormitionem Beatae Virginis colerent, in Usuardi Martyrologio ita legebant: quo autem venerabile illud Spiritus Sancti Templum nutu, *in consilio Divino occultatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum, in apocryphum inde tenendo docere: quamvis, inquam, sic legerent; non tamen appareat, Assumptionem tunc ab illis negatam, sed ea de re curiosam inquisitionem prætermissam.* At non est, inquieres, omnibus numeris absoluta traditio. Non refert. Nam Ecclesiæ judicium est plusquam satis ad certam fidem faciendam Assumptionis Deiparæ. Ecclesia enim, Deo movente, festum instituit; &, quod sentiret, & crederet, satis aperte significavit, cum Officium præscriptum, quod Virginem habet Assumptam corpore, & animâ: *Hodie Maria Virgo celos ascendit.* Ascendere enim viventis corporis est, non animæ separatae. Id, quod clarius appetet ex lectionibus Dæ. mascoti in secundo nocturno. Ergo traditio de Assumptione Mariæ ab Apostolis quidem initium habet, quos Spiritus Sanctus, ut est illis promissum in Evangelio, omnem docuit veritatem: sed cum eandem obscuravisset persecutio- nis procella, quæ longo tempore exagitavit Ecclesiam; tum demum coepit emergere, suoque in lumine collocari, cum Ecclesia celebritatem instituit, atque præcepit. Nam eo facto testata est, Assumptionem Deiparæ in Apostolica traditione contineri; & cum Patres illos, qui hanc ipsam affirmaverunt, vera dixisse; tum illos etiam magno errore fuisse versatos, qui aliquando dubitaverunt.

C A P U T V I I I .

Impudentia libelli Auctoris ajentis, adhuc esse controversiam de Virginis Conceptione. Cessisse jam arma Religionis, in Ecclesia Romana, Immunitatem colentis, constans iudicio. De hoc sententia D. Bernardi memorabilis. Primum argumentum Auctoris libelli conantis offendere, non esse necessariam definitionem. Periclitari auctoritatem Ecclesiae, nisi Mysterium definiatur. Quod ab Ecclesia definitus, contineri debere in ejus veteri doctrina tanquam in semine. Vincentii Lirinensis de hac re gravissimum iudicium. Extare semina traditionis antiquae de Virginis Immunitate.

De aliis Mysteriis quæ parum doctè libelli Auctor disseruit, hactenus confutavi. Nunc videamus de Conceptionis Mysterio quæ profudit inepte, ut negotium definitionis interturbaret; *Nomen*, inquit, *Conceptionis Mysterium significans*, *de quo tamdiu disputatum est*, sumitur pro illo instanti, *in quo fœtus Virgineus*, *juxta natura leges dispositus*, *fuit anima rationali vivificatus*: *In controversia veritatis, an alio instanti infusionis animæ in corpus anima fuerit divinitus præservata à contagione peccati originalis.*

Hujus hominis impudentia quis poterit sine stomacho respondere, qui tam licenter affirmat, de hac Virginis Conceptione adhuc esse controversiam, ubi lege Pontificis est omnis adempta disputandi libertas; jamque arma cesserunt Religioni? Videamus, quæ sequuntur.

Siluit hæc controversia prioribus Ecclesiæ seculis, & primus rumor intonuit seculo XII. occasione cuiusdam festi celebrati à Canonicis Lugdunensibus sub nomine Conceptionis Mariae; ad quos Sanctus Bernardus illam celebrem dedit Epistolam, quæ est in ordine 174. in qua illos redarguit de novitate inducendo celebritatem, quam ritus Ecclesiæ nescit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio.

Non equidem moveor conjecturâ virorum doctissimorum,

rum, qui hanc Epistolam non à Divo Bernardo, sed ab ejus simul acerrimo Nicolao de Sancto Albano esse prescriptam constanter affirmant; qui Epistolæ ipsi Bernardi nomen adjecterit ad invidiam conflandam. Illud contendo, Bernardum reprehendisse Lugdunenses Canonicos, quod eos putaret Conceptioni libidinosæ, quæ prima seminum comprehensionis vocari solet, honorem deferre. Eum, inquit, honorem non probat ratio. Quod enim sanctum non est, coli non debet. An forte inter maritales amplexus sanctitas se ipse Conceptione immiscuit, ut simul & sanctificata fuerit, & concepta? Aut certe quomodo peccatum non fuit, ubi libido non defuit? Alteram verò Conceptionem, quæ est animæ in corpus infusio, non negavit Bernardus fuisse sanctam, & immunem peccati. Sed quid attinet ista commemorare, cum palam sit, in hac eadem Epistola id potissimum contendisse Bernardum, ut sententiam Apostolicæ Sedis Canonici exquirerent? sibi certum, fixumque esse tenere, quod illa decerneret. Romanae, inquit, Ecclesiæ autoritati, atque examini totum hoc, sicut &cetera, quæ ejusmodi sunt, univerba reservo, iphius, si quid aliter sapio, paratus judicio emendara. Ex quibus appetet, Bernardum, si viveret, execraturum impudentes Theologos, qui cum videant Conceptionem naturæ, hoc est animæ inclusionem in corpus; Objetum jam esse Ecclesiastici cultus, adduci tamen non possunt, ut eam labis Immunem confiteantur. Quid enim? Bernardus Nativitatem, & Assumptionem Mariæ Divinis esse muneribus exornatam fatetur, quod utramque Romanae veneretur Ecclesia: tu Sanctitatem Conceptionis illius, quam publico honore deferendo jam testatur Ecclesia, incertam putabis? Atqui Bernardus, qui hanc in dubium vocaret, eum pessime errare arbitraretur.

His præmissis, inquit auctor libelli, videndum, an bode sit necessarium, & expediens definire ex cathedra bujusmodi Mysterium: cui quæsto negative respondendum consensus bis paxi argumentis. Necesse fuerunt definitiones veriarum ex cathedra, sicut & condemnationes errorum, quando ab hereticis impugnabatur fides, vel à pravis doctribus labefactabantur mores. Tum exemplis definitionum relatis ex Ec-

ecclastica Historia, ad causam quod pertinet, concludendo necit: Sed sententia de Conceptione Virginis in originali peccato non est error contra fidem, nec contra mores; quia Summi Pontifices, qui supra hoc Mysterium Constitutiones ediderunt, sub gravissimis penit's votuerunt, ne illa talibus inureretur censuris. Ergo dicendum est, non esse necessariam definitionem ex carbedra, qua reddit sententiam immaculati Concepus, certam certitudine infallibilis veritatis.

Quid sibi velit hoc argumento, non prorsus intelligo. An ea tantum existimat finienda fuisse, quorum ante definitionem explorata, communis, & constans erat Ecclesia fides, ut proinde necesse fuerit ab Ecclesia damnari, qui hanc fidem evertere adorti essent? Atqui non res modò antea certas, & exploratas definitivit Ecclesia, sed illas etiam, de quibus orta inter Catholicos controversia, quid esset in posterum certa Fide tenendum, ipsius Ecclesiae auctoritate decreatum est. Sanè difficiles controversias in Religionis negotio ad Pontificem ferri; Pontificis esse eas cognoscere, atque decernere, Divus Thomas affirmat (4): difficiles, inquam, controversias, non solos articulos manifestos. Quamquam nihil tam est exploratum in Religione Catholica, quod non haeretici in dubium verterint. Mentitur ergo libelli Auctor, si tanquam certum assumit, unam esse necessitatem definitionis, res antea certas, & exploratas Ecclesiae lege corroborare. Nam est alia necessitas, Christianorum lites, dissidia que componere in rebus iis, quarum neglectus Catholicæ Fidei periculum potest grande conflare: ut in illis erat de milenario regno, deque cœlesti felicitate controversis; tūm aliis permultis, quas eruditus ignorat nemo in Ecclastica Historia. Eaque de causa Mysterium Conceptionis existimo definiendum. Quatitur enim, mihi crede, Fides, dum Ecclesia, & Pontificis Maximi ridetur auctoritas. Rident autem, qui vel Objectum Ecclastici cultus habent id sanè, quod Alexander designavit; sed ita tamen cum probabile volunt non magis verum id esse posse, quam falsum, arbitrantur. Quod est, obnoxium errori Pontificem esse cum Ecclesia uni-

(a) S.Th.2.2.ques.9.art.10.

universa. Vel aliud Objectum comminiscuntur; seu genus
retinent ejusdem Objecti; at differentiam, hoc est additam
Sanctitatem primi momenti, non verentur negare, ac funda-
mentum hujus fessi praecipuum dicunt non esse Conceptiosem
Immaculatam, sed simplicior Conceptionem Matris Dei futu-
re. Hoc autem negare est, quod Alexander affirmat. Quo-
rum utrum sit flagitious, dicere nescio: utroque autem ma-
gnopere concuti Catholicam Fidem, nemo est, qui non videat.
Nunc est monendum libelli Auctor indectus, ut a me discat,
ubi res quaepiam finienda proponitur, duo requiri: Primum
ut illa Christianam ad Religionem, moresve pertineat: Alter-
num, ut eam Ecclesia cognoscat in libris Divinis, vel Tradicio-
nione aliquo modo contineri; neque opotere, ut ante sit ma-
nifesta, quam finiatur. Jam vero Mariæ Conceptio, & Im-
munitas non modò pertinet ad Religionem, sed etiam Fidei
gravissima capita proxime attingit, hoc est naturam, & pro-
prietates originalis peccati, occasionem Incarnationis, Di-
gnitatem Deiparæ, atque Præstantiam. Res igitur est maxi-
mè digna Ecclesiæ judicio. Ad hanc partim è sacris litteris
habetur, partim etiam ex veteri Traditione. Id, quod à nobis
in loco demonstrabitur. Sed hoc in primis Catholicus lector
velim attendat, non opus esse, ut in veteri Ecclesia illustre
fuerit, atque omnibus patet, quod Ecclesia recentior con-
stituere velit, sive publico magisterio, sive apertâ definitio-
ne; sed satis esse, ut, quod Vincentius Lirinensis monet, in
veteri sit Ecclesiæ doctrina implicatum, ac velut in semine
contineatur. Cum enim iaurator docuisset, id esse tenen-
dum (a), quod ubique, quod semper, quod ab omnibus credi-
sum est; (quod ad privatam cuiusque hominis Christiani In-
stitutionem pertinet) id, quod Ecclesiæ præcipuum est, elo-
ganter edisserit in hunc modum (b): Sed forsitan dicit al-
iquis: Nullus ne ergo in Ecclesia Christi profetus habebitur Re-
ligionis? Habeatur plane, item maximus; sed ita tamen, ut ve-
re profetus sit ille fidei, non permuttere: siquidem ad prof-
etum pertinet, ut in somnis pater unaquaque res amplificetur;

ad

(a) Common. cap. 3.

(b) Cap. 28.

ad permutationem verò, ut aliquid ex alio in aliud transver-
tatur. Et infra (a): *Severunt maiores nostri antiquitus in hac
Ecclesiastica seges triticea Fidei semina: iniquum valde, q[uod] in-
congruum est, ut nos eorum posteri pro germana veritate fru-
menti subditissimum zizaniae legamus errorem. Quin potius hoc
redum, q[uod] consequens est, ut, primis, atque extremis fibimet
non discrepantibus, de incrementis triticea & institutionis triti-
cei quoque dogmatis frugem demetamus: ut, aliquid ex illis se-
quendum primordia accessu temporis evolvatur, q[uod] nunc laetetur,
q[uod] excolatur; nihil tamen de germinis proprietate mutetur; ad-
datur licet species, forma, distinctio; eadem tamen cujusque
generis natura permaneat.* Et capite trigesimo secundo: *Chi-
risti verò Ecclesia sedula, q[uod] causa depositorum apud se dogma-
sum custos, nihil addit, non amputat necessaria, non apponit
superflua, non amittit sua, non usurpat aliena; sed omni indu-
stria hoc unum studet, ut vetera fideliter, sapienterque trattan-
do, si quis illa sunt antiquitus informata, q[uod] inchoata, ac-
curet, q[uod] paliat. Praeciarum hoc est Lirinensis Vincentii de
munere Ecclesiae, ac potestate judicium; & in rem, de qua
agimus, mirifice convent. Conceptionis Mysterium Ec-
clesia vetus tenebat, sed tanquam in semine. Didicerat
enim ab Apostolo Andrea, Christum ex Virgine, velut e
terra Immaculata, hoc est nau quam obnoxia maledicto, for-
matum fuisse (b). Quod Andreæ testimonium esse legit-
atum, & in legitimo extare vetustatis monumento, omnes
Catholici confitentur, si Dupinium, aliisque paucos exci-
pias. Rursus eandem Semper Beatam, & ab omni contagio-
ne peccati prorsus Immunem, Patres antiqui praedicaverunt.
Hoc similitudinis Virginis Conceptionem, & ortum, vitamque
eius innocentissime actam pertinebat; sed generatim, atque
complexè. Tum hæc quasi semi numi secunda primordia pro-
cessu temporis exculta sunt; addita species, forma, distin-
ctio. Suis est hæc post ante decreto Narratisti, sūlisque tan-
dem Conceptioni Matris. Ora est controverbia de Concep-
tione duodecimo saeculo. Quia tempestate ita fuit in usu*

Con-

(a) Cap. 30.

(b) In Act. S. Andreae.

Conceptionis vocabulum, ut unam seminum complexio-
nem, quæ sit in copula maritali, significaret. Ac proinde
mirum non est, repertos esse, qui dicerent, Conceptionem
Mariæ sine vitio libidinis non fuisse. Sed Ecclesia Romana,
depositi custos, in hisce turbis filiorum, & contentionibus
omnino silebat; quæ nihil sanè pertinerent ad perpetuam ani-
mæ Sanctitatem negandam, vel confirmandam. Sub finem
sæculi tertii decimi cœptum est disputari, utrum anima Vir-
ginis, cum est in corpus inclusa, peccatum contraxerit. At-
que hæc notio deinceps Conceptionis est usu recepta. Curia
Romana, nimurum tenax depositi veteris, coepit colere fe-
stum Conceptionis initio sæculi decimiquarti; eoque facto se
stare indicavit ab ea parte, quæ Deiparæ Sanctitatem perpe-
tuam argumentis firmissimis comprobaret. Exemplum Cu-
riæ Romanae quamplurimæ in orbe singulares Ecclesiæ se-
cutæ sunt. Sextus Quartus omnes Christi cultores, ut idem
festum celebrarent, invitavit: Pius Quintus Ecclesiæ parti
nobilissimæ indixit, hoc est Clericis, sacrisque Virginibus.
Quod si idem Pius opinionem quorundam, quæ minus Vir-
gini favet, erroneam vetuit appellari, recte fecit is quidem.
Non enim fas erat privatis Theologis quempiam erroris in-
simulare, priusquam Ecclesia vetus illud depositum patefa-
ceret, atque in maximo lumine collocaret. Id, quod tandem
secerunt Pontifices duo. Alexander enim Septimus celebri-
tatis Objectum declaravit: Clemens Undecimus, ut omnis
populus Christianus celebritatem quotannis ageret, lege
decrevit. Sic vetus ille Ecclesiæ sensus de perpetua Mariæ
sanctitate processu temporis explicatus, excultus, politus
est; nihil est tamen de primi germinis proprietate mutatum.
Cum enim Ecclesia docet, ac jubet Conceptionis Myste-
rium esse colendum, errare non potest. Erraret autem, si, quod
colitur ab hujus temporis Ecclesia, non in doctrina vetu-
stioris Ecclesiæ tanquam in semine contineretur. Verum,
ut dixi, de hac Ecclesiæ traditione alio in loco differemus.
Nunc alia argumenta, seu potius ineptias refellamus.

C A P U T IX.

Alterum argumentum refellitur. Quod non est abduc definitum, definiri debere, ne contagium opinionis absurdum in perniciem gravassetur auctoritatis verenda, hoc est Pontificis, & Ecclesiae Catholicae. Contrarium ei, quod definitur, non modò esse falsum, & erroneous, quod ait libelli Author, sed etiam hereticam. Quibus notis offici soleant res definitae, Opinio libelli Authoris, falsa, & erroneous, ex auctoritate Ecclesiae Immunitatem calentis ostenditur. Testimonia Sanctorum Patrum, qui veritatem, & sanctitatem agnoscunt in eo, quod omnis Ecclesia veneratur. Hujus rei argumentum ineluctabile ex D. Pauli testimonio.

Definitio alicuius propositionis ex cathedra reddit, contrariam erroneous, & falsam: Sed hucusque Pontifices perseverant, hoc posse dici de hac propositione: Beata Virgo fuit in peccato originali concepta: Ergo non est necesse, quod Santa Sedes, definiendo Virginem fuisse sine peccato originali conceptam, declarat sententiam contrariam erroneous, & falsam.

Hic ego risum continere non possum. Video enim non modò Theologum tralatitium, sed etiam logicum ineptissimum. Si ego ita nesterem. Decretum Pontificis, qui ieiunii Quadragesimae tempore ovorum usum permittat, id efficit, ut populus Christianus hoc cibi genere utatur sine peccato: Sed hucusque id cibi genus permisum non est à Clemente XII. in urbe Roma: Ergo non est necesse, ut hoc anno 1737., qui pestilens est, uti permittat hoc cibi genere si ne peccato. Si ita colligerem, nonne iudicis præberem audenti? Qui hanc formam argumentandi probare potest, huic etiam tua, libelli Author indoste, placere poterit, hoc est,

Qui Bavum non odit, amet tua carmina, Mav.

Nam quod alias non erat æquum permittere, hoc videlicet anno conveniens fuit ob coeli vitium, & gravitatem. Ad eum

eum modum Pontifices Maximi caverunt hactenus, ne quis eos, qui tenent, Deiparam Virginem cum originali peccato fuisse conceptam, haeresis crimine, aut impietatis, aut peccati mortalis accusare audeat. Non est igitur ultra progrediendum? Numquid statuendum, haereticos esse, qui hanc labem affingant Deiparæ Virginis? Enim verendum faciem dum est, si contagium opinionis absurdæ fundat se latius, & ad perniciem graviter Ecclesiasticæ potestatis. Atqui talem, tantamque perniciem non pertimescimus imminentem, sed præsentem jam cernimus, & dolemus. Ante Pium Pontificem licuit hostibus impudiculati Conceptus dicere palam, non fuisse mandatum Ecclesiae universæ, ut Officium persolveret Coceptionis. Pius Quintus, volente Deo, ac providente, mandavit. In eo Officio legebant aliqui, nos, ut parerat, *Sanctam Conceptionem*, sed *Sanctificationem*. Hoc vocabulo jussi sunt abstinere à Gregorio XV. Ergo ab iisdem coopta est usurpari *Sancta Conceptione*: sed hoc nomen ambiguum esse significando ipsi dixerunt. Alexander Septimus tergi-versari eos, ac ludos agere vetus, cum declaravit, in Ecclesia Romana, quæ ceterarum totius orbis magistra est, & veterem cultum Conceptionis Deiparæ semper eundem perseverasse; cum vero deferri, semperque delatum juxta piam sententiam, quæ habet, *animam Virginis in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali gratia, de privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus filii, humani generis Redemptoris, à macula peccati originalis præservatae Immortalis*. Quid ad hæc homines importuni commenti sint, paulò ante commemoravī. Nihil igitur factum est ab Ecclesia, si istis credimus, cum per illos, quos dixi, gradus hoc Mysterium evexit ad honoris fastigium: nihil omnino. Nam sibi videntur facile hoc posse deturbare, si dicant, Ecclesiam errare posse honore illo tribuendo. Quod est convelfere Fundamentum publici cultus, hoc est Ecclesiæ auctoritatem. Haec autem defendere, ac vindicare necesse est. Quid ergo supereft, nisi ut Ecclesiæ definitione, tanquam ægroti extremo remedio, ad sanitatem revocentur? Ulcus enim illorum, quod lenioribus pharmacis non curatur, igne tandem, ac ferro expiandum est. Nihil profuit Objectum de-

cernere , ac designare Ecclesiastici cultus ; nihil eum exten-
dere in omnem populum Christianum , præscriptâ solemini
celebritate . De hac enim cavillantur adhuc , & garriunt .
Modò negant Objectum Ecclesiastici cultus , deinde , pressi au-
toritate Alexandrini decreti , Objectum fatentur ; sed Eccle-
sia colenti hoc idem probabile volunt esse , non certum .

Hæc si tu posules

Ratione certa facere , nibilo plus agas ,
Quam si des operam , ut cum ratione insaniant .

Ergo Mysterium sententiâ Pontificis finiatur oportet , ut Ec-
clesiam vexare aliquando defiant , qui se filios ejusdem , ac
fortissimos vindices profitentur .

Nuac , argumenti vitio patefacto , singulas ejus propo-
sitiones more nostro expendamus . *Definitio alicujus proposi-
tionis ex cathedra reddit contrariam erroneam , i.e. falsam .*
Etiam hæreticam debuisset adjungere . Est enim hæretica
propositio , quæ cum Catholica veritate pugnat . Quod autem
pertinet ad Religionem , idemque ex cathedra definitur , Ca-
tholica veritas est . Pontifex enim , quod erat antea per se
verum , nec tamen populo Christiano exploratum , finiendo
declarat id esse verum , nitique Dei testimonio , qui revela-
vit . Quod autem Deus , Vicario ejus docente , revelavit ,
Catholica veritas est . Erit igitur non modò falsa , & erro-
nea ; sed etiam per se hæretica propositio , quæ ab homine
Christiano enuntiata definitioni adversatur . Continet enim
summum gradum erroris in re pertinente ad Religionem .
Quippe negat id esse verum , quod Ecclesia est patefactum
à Deo , qui nec fallere , nec falli potest . Dixi *per se* , ut no-
minis controversiam declinarem . Nam cùm hæretica propo-
sitio est flagitiosa , ad enuntiantis ingenium , conditionem ,
doctrinam , & culpam refertur ; eumque designat , qui vel
illâ affirmandâ pertinax est , vel ignorantiam veritatis affe-
ctat , nec paratus est , cùm ab Ecclesia corrigetur , errorem
suum ipse corrigeret .

Dicet aliquis : Non omnis Ecclesiaz definitio eodem lo-
co habenda est , nec judiciorum Pontificis idem est gradus .
Non enim solum quis , de qua re judicium ferat , animadver-
tendum est ; sed quæ verborum proprietas , & pondus . Ita-
que

que ut Pontificis definitio sit Catholica veritas, constare debet hujusmodi verbis, quibus tanquam notis internosci queat: *Si quis hoc, vel illud negaverit, anathema esto: vel aliis similibus.*

At qui sic disputant, quid inter Ecclesiae definitionem, ac disciplinam definitione conjunctam intersit, minimè vident. Anathema dicere, id est disciplioꝝ, cuius ad normam tūm, cūm videtur Ecclesiae, puniuntur hæretici, ac pœnas metu Catholicī continentur. Nec est nota definitionis anathema, sed supplicii. Ergo quod certis, & constantibus verbis à Pontifice definitur, id Catholicam veritatem, eique contrariam propositionem per se hæreticam dicere non dubitamus. Exempli causā in Clementina *Unica de summa Trinitate*, *q[uod] Fide Catholica ea sententia tanquam probabilior eligitur, quæ habet, in baptismo gratiam, & virtutes infundi.* *Essē igitur probabiliorem hanc opinionem, Catholica veritas fuit ex eo tempore, quo decretum Clementis editum est;* ei-que contraria propositio in hunc modum elata: *Non est probabilior opinio, quæ habet, in baptismo gratiam, q[uod] virtutes infundi: erat, inquam, hæretica hæc propositio.* Rursus Concilium Tridentinum sessione 6. capitè 7., nullā factā men- tione probabilioris sententiaz, gratiam dixit in baptismo, ac virtutes infundi. Post judicium ejusmodi Catholica veritas est, infundi gratiam, atque virtutes: quam qui prudens, vo- lenſque negaverit, hæreticus meritò censeatur. Maneat igitur, omnem Ecclesiae definitionem in Religionis negotio es- se Catholicam veritatem; ac proinde contrarium dicere, hæ- refim esse, nedum errorem, & falsitatem.

Fortasse dicet libelli Auctor: Si omnis Ecclesiae definitio in Religionis negotio est Catholica veritas, & Deiparæ Immu- nitas res est Religionis; quid ergo petitis à Pontifice Maxi- mo ut Mysterium definiti Immaculati Conceptus, *vel ut rem de Fide, vel ut certam infra Fidem, sed certitudine aliquā in- fallibilis veritatis?* Nam genus duplex definitionis hoc modo distinguitis; cūm tamen unicum esse arbitremini in Reli- gionis negotio.

Dicam id, quod res est. Si Pontifex Maximus verbis Simplicibus pronuntiaret, *animam Virginis, cūm in corpus*

74

- si fundarer, praeservatae fuisse ab originali peccato, hanc nos veritatem esse Catholicam crederemus, qui notionem definitionis probè tenemus, ejusque vim, & naturam rectè percipimus. At cùm genera definitionum Theologi multi suisnotis distinguant, eas notas adjectimus petitioni; idque sanè consilio non posnitoendo. Utrum enim si quia tur illorum, quae proposuimus, id quidem omniibus clarum erit, & patens insigni notâ; neque integrum est in re manifesta definitionem interpretando ludificari. Deinde nos, quamvis rerum definitiarum multa esse genera fatesmur, dicimus tamen genus unum definitionis, idemque Catholicæ veritatis. Quippe res definitæ illis notis sufficiuntur, non definitio. Non enim dicete possumus, exempli causâ, probabile esse iudicium Pontificis, quo is quidpiam decernit esse probabile; cùm iudicium illud ita sit certum, ut Catholicam veritatem etiam contineat. Si ergo Mysterium Immaculati Conceptus definitur ut res de Fide, Catholicæ veritas erit, illud Mysterium esse de Fide r' s' autem ut certum certitudine aliquâ infallibili veritatis, Catholicæ veritas erit, hac certitudine certam esse.

Jam vero quod libelli Auctori asseruit in arguimento, falsissimum est. Sed mendaciorum opus fuit, ut apud homines imperitos labantem causam sustineret. Et antem hujusmodi: Sed bui usque Pontifices retuerunt hoc posse dici (nempe erroneam, & falsam esse) de hac propositione: B. Virgo fuit in peccato originali concepta. Quid buc usque blasas, & pradicat, audacissime? Veramus, inquit Alexander Septimus, quenpiam asserere, quod propter hoc contrariam opinionem reverentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, heresis crimen, aut mortale peccatum incurvans. Iisque subinde gravissimas penas interminatur, qui eandem opinionem impietatis, aut heresis, aut peccati mortalis dampnare audeant. Error nam dicere, aut falsam minimè verat. Et ego minutis, argutisque interrogatiunculis, quasi aculeis quibusdam, ita te pungam; tūm retro cedentem ad incitas redigam, ut hanc ipse opinionem falsissimam esse, nisi Ecclesiæ universale errorum scilicet impingere, faciam. Sic haec opinio tibi fal.

falla non est, erit sane probabilis; Ad hanc. Age vero, si videtur probabilis, fieri potest, ut vera sit? Dabis, opinor, libenter animo, quod ipse optas. At si vera esse potest, Ecclesia poterit per videre argumenta, quibus veritas illa aititur, eamque tandem definire. Hoc etiam debes admittere, si Thelogi mos disputas, nec politicum agere tibi placet. Nunc ita consilio: Si Ecclesia opinionem hanc suam definiret, eo ipso declararet, fessa omnia errasse, cum Deiparæ Immunitatem publico honore est prosecuta. Atqui Ecclesia in hoc errare non posse invicto argumento probatum est. Præterea ex opinioni tua definitione consequens esset, qui piam sententiam deinceps teneret, eum hereticum esse dicendum. Atqui hoc dicere iudicavit errorum Sixtus Quartus (a). Non potest igitur fieri, ut illo tempore definitur opinio tua. Quod si non potest definiri, vera esse non potest. Quod autem constat verum esse non posse, id ipsum liquet esse falsissimum, nullo modo probabile. Opinionem igitur tam fateri debes esse falsissimam, nisi Pontifici, & Ecclesia universa errorem velis impingere. Postremd illud peto, cum ferè omnes Catholicos piam sententiam complecti Alexander affirmas, mentitur, an verum dicit? Qui mentitur Pontificem arbitretur, is & magnopere detestandus, & cum rem manifestam negare velit, mendacissimus ipse ac dementissimus habeatur. Est omnium sententia Immunitatis infixa penitus animis Christianorum; si paucos excipias. Quin prout est, qui ei non subdierent, verba sunt ipsa libelli Auctoris. Ecclesia igitur jam ferè universa cum auctore hujus Festi & amplificatore Pontifice tenet sententiam Immunitatis. Cumque semper Ecclesia mos ille fuerit, ut orto dissidio in Religionis negotio eam partem negligenter, qua à Pontifice dissentiret, ferre que tandem definitionem ab ea parte, qua Pontificem sequeretur; illud efficitur, solum jam posse piam sententiam definiri; eique contrariam opinionem paucorum minime posse. Quid autem est opinione illâ fallacius, vel etiam stul.

(a) In Bulla 2. l. 3.

stultius, quād nūlūm poteſt Concilium, nullus Pontifex
veram declarare?

Sed & errorem illam ipsam vocare nihil fitte vetat. Cūm
enim veritas aliqua ex ſapientum ferē omnium opinione ve-
hementi veritas eft doctrinæ Catholice, ſed non eft planē
ab Eccleſia defiñta; tunc veritati illi adverſari eft erro-
neum. Eſt autem hujusmodi pia ſententia. Nam qui repu-
gnant, eſſe admodum paucos ipſe fateriſ. Similiter quod
ex doctrina Catholica neceſſariō colligitur, vel eft inclu-
ſum in generali propositiōne doctrinam Catholicam conti-
nente, id profecto negare errorem eft. Hæc autem pro-
positio, *Maria Virgo Immunis fuit ab originis labe*, conſi-
tutur hac generali propositiōne doctrinæ Catholice, *Quidquid*
colitur ab Eccleſia universa, id ēr verum, & ſanctum eft.
Eam igitur inficiari erit errorem. Eam autem propositio-
nem voco doctrinæ Catholice, quam Eccleſia Catholica
nullo non tempore uſu recepit, Sanctique Patres, quibus-
cumque ſcribendi occaſio fuit, deque illa judicium promen-
di fuum, magno coaſenſu tradiderunt; quamquam de il-
la expreſſa non ſit aut Pontificis Maximi, aut Ecumenice
Synodi definitio; ideoque non ſit articulus Fidei. Nunc ad
rem propius accedamus. Id eſſe verum, & ſanctum, quod
omnis Eccleſia veneratur, eft ita tritum ſermone iphiſus Ec-
cleſiae, ut in adagium proſuſ abierit; & qui voluerit ejus
dicti rationem efflagitare (quamquam obvia, & ineluctar-
ibilis eft) iſ lucem querere in meridiano ſole videatur.
Tūm Sancti omnes, qui in ejus rei mentionem incidere, u-
no ore aſſeverarunt, non celebraſti ab Eccleſia festum, niſi de
Sancto: Quod Eccleſia auſtoritate colitur, ſanctum eſſe. D. Au-
gustinus in ſermone 113., qui eft de S. Cypriano, de eo in-
quit: Quid eft hoc, fratres? Quando natus fu, ignoramus,
& quia hodie paſſus eft, natalem ejus hodie celebraμus; ſed il-
lum non celebraremus, etiamne noſſemus: illo enim die traxit
originale peccatum: iſto autem die vicit omne peccatum. Et
ſermone 95. in feſto S. Stephani, originale peccatum ob-
ſtare dicit, quominus Martyrum natales dies célébrentur;
cūm tamen Eccleſia illorum obitus colere ſoleat: Martigres,
Inquit, ad mala certamina naſcendo tenebrunt trabentes orti-

ginali peccatum; moriendo autem ad bona certamina transi-
runt, finientes omne peccatum. Huc respexit Origenes, cùm:
ait libro 3. in Job: Mortis diem celebramus, ut post omnium
dolorum depositionem: diem mortis celebramus, quia non mo-
riuntur hi, qui mori videntur: propterea dñi memorias Sancto-
rum facimus. S. Ildephonsus in libro de Parturitione Virgi-
nis: Quia ejus, inquit, id est Mariae, Nativitas tam sole-
mniter colitur, constat ex autoritate Ecclesia, quod nullis,
quando nata est, subiacevit delictis. S. Bernardus Epistola il-
la: 174. Quia ortum Virginis didici in Ecclesia indubitante
haberi festivum, firmissime cum Ecclesia sentio, in utero acce-
pisse, ut Sancta prodiret. Sanctus Bonaventura in Tertium
Sententiarum dist. 3. quest. 3. art. 1. Pro indubitanti hoc
habet Ecclesia, videlicet quod Beata Virgo fuerit in utero san-
ctificata; illud ex hoc patet, quod ejus Nativitatem Eccle-
sia celebrat; quod non faceret, nisi sanctificata esset. Idem
habet Angelicus Doctor Tertiâ Parte, qu. 27. , art. 1. , & 2.:
cujus verba citavi alio in loco. Ex quibus omnibus constat,
hos persuasum fuisse veteri Ecclesiae, & Sanctis Patribus,
non celebrari ab Ecclesia universa, nisi quod verum, & san-
ctum est. Cùmque hac generali propositione doctrinæ Ca-
tholicæ singularis illa continetur, Conceptio Virginis san-
cta fuit; eam ipsam negare erit erroneum. Quod si auctor
est locuples Cardinalis Gottus, hoc ex iudicio errore procer-
dere, nimur quod Ecclesia universalis proponat B. Virginem
sub titulo falso colendam, non dubitabo sub ejus auxiliis
prædicare, cum, qui negat Immaculatam Deiparæ, in
magno errore versari, & ejusque iudicium merito erroneum
esse appellandum.

Peccant igitur, inquires, qui, sic errant in Religionis
negotio. Non eos dico peccare, modò absit pertinacia, se-
que patientur dedocentes. Atque illis equidem malam mem-
tem inesse possum, sed ipsi sunt ea adiutoria, ut inimicorum bonum:
de bono animus (quod ait Comicus ille). in mala re dñi
dñm est mali. Nunc autem errorem in Religionis negotio
rebus ipsis significatis perpendimus, nullà errantium habi-
ta ratione: & quam opinionem Alexandri decreto hereti-
cam dicere prohibemus, hanc vocabulo temperato erioneam

58

esse, dicique posse contendamus. Hanc quoniam magna
res est, ac diligentem contemplatione dignissima, mihi nunc
aliiā viā, latiore quidem, ac regiā, cum plerisque Theologis
gradiendum. Aliud itaque sepe ex principiis Theologis,
Catholicam Fidem, licet non immediatā, sed versari ta-
men circa eas conclusiones, quas ordine disciplina colligi-
mus ex articulis Fidei, ac trito vocabulo Theologicas ap-
pellamus. Sunt autem articuli Fidei, quos Deus Ecclesia
iussit aut verbo edidit, aut scripto; vel in horum alterutro
contineri, Ecclesia ipsa declaravit. His vero conclusionibus
propositiones contrariae errore dicuntur, quod illarum, &
Fidei sit indirecta solum, & consequens, quamquam vera,
& naturalis repugnantia. Conclusio Theologica tunc est
ordine disciplinæ collecta, eam ex altera propositione, qua
sit articulus Fidei, & ex altera certa in lumine naturali, evi-
denti, & necessaria consecutio proficiuntur. Exemplum
sit: Concilium Nicenum in Fide non errasse, nec in sa-
cra libris, nec in Apostolorum traditionibus, nec vero Ec-
clesia definitione explicatum est; sed id solum, Concilium
in Spiritu Sancto legitime congregatum errare non posse. At
Concilium Nicenum sive legitime congregatum, ex hu-
mana creditar fide, & traditione historiæ fide dignæ, per
quam habemus, illud Concilium, iudicante, & confir-
mante Pontifice, ex universo orbe conveniente. Quare etsi
ea conclusio, Concilium Nicenum errare non posset, ex duo-
bus quasi principiis pendere videatur, quorum alterum re-
velatum à Deo est, Concilia videlicet legitime congregata
certissimæ veritatis esse; alterum vero humana fide credatur
per ea, quæ Scriptores graves, & incorrupti memorie pro-
didere: at est errorem, imponens proximum affirmare
(a), Concilium Nicenum errare in Fide potuisse. Ad-
cum modum iocet in ea, de qua agitur, causa disputare:
Ecclesia est columna, & firmamentum veritatis in Regule
Morum Christianis iudicanda, non enim modo, qui sunt
cessarii, sed etiam qui utiles ad aeternam salutem: At-
qui

(a) Melchior Canus Boëtius vocat lib. 6. de locis Theolog.
cap. 8.

qui Ecclesiae auctoritate Disparat Integritas veneranda proponitur: Ergo Ecclesia in hujusmodi cultu proponendo, qui ad Mores pertinet, errare non potest; adcōque quod ad cunctum proponitur, verum est. Ecclesiae autem auctoritatem intelligo, que in Summo Pontifice maxima est. Hæc enim est una res prorsus, ut non differat multum inter Ecclesiæ, Sed iisque Apostolicæ judicia; propterea quod connexa hæc, & colligata sunt; quemadmodum esse videmus humanam corporis, & caput. Propositio in argumento est articulus Fidei: illeque à nobis est apte defensus, & confirmatus; sumuque repressi politici quidam; qui fraudem mali utiles mores à necessariis distinguentes, in his dum taxat informandis Ecclesiam falli non posse existimabant. Nunc illud adjungam, quod ad rem conficiendam maximè valet, & ex Christi Domini, Paulique sententiis planè similibus perpicuum est, Ecclesiam Dei esse immunem erroris, non solum ubi quicquam definit, sed etiam cum publicè docet, ad Mores pertinens. Docete, Dominus inquit (a), omnes gentes; ecce ego vobis sum omnibus diebus usque ad consummationem facili: non tantummodo, definite. Et Paulus Ecclesiæ nomine docet, quid ab Episcopo, cæterisque ministris præstandum sit; nec tamen utiliter singulari vocabulo definitionis, sed simpliciter habet: Hæc tibi scribo, ut scias, quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei virtus, columnæ, & firmamentum veritatis. Quod si quis affirmet, Paulum; cum docet, errore vacare, Pontificem Maximum non item; dignus est, qui repulsus communione Romana, inter haereticos, vel eorum fraterculos semicatholicos habeatur. Sed hoc non dicet, opinor, auctor libelli; ne qui manus, ac partes consiliarii ultro suscepit, manifestus hostis appareat Ecclesiæ Romanæ. Nec ipse illud negare potest, quod Theologis omnibus certum est, cum Pontifex judicat, Ordinem quempiam religiosum ad honestius, perfectiusque vivendum re ipsa conduceret; cum falli non posse; cum tamen illud judicium definkio non sit, sed tantummodo ma-

H 2 giste-

(a) Matth. cap. 28.

gisterium, Jam verò cultus immunitatis Deiparæ, ab Ecclesia præscriptus, & usitatus, res est manifesta in lumine naturali per ea, quæ legimus in decreto Alexandri Ponsificis: tūm ex usu Ecclesiæ Romanæ, omniumque cum illa communionem habentium perspicuum est, cultus Objectum in hoc Mysterio esse Deiparæ Immunitatem ab origine labie. Ex quibus efficitur Theologie conclusio, Ecclesia in eo cultu cùm præscribendo, tūm deferendo, falli non posse; adeoque rem ipsam, quæ ad cultum proponitur, esse veram. Quam qui negat, is habet errorem hæresi proximum, et que de hæresi vehementer suspectus, ut verbis utriusque doctissimi Theologi Cardinalis Gotti: non eum dico in hæresi esse, sed de hæresi vehementer suspectum, hoc est efferre propositionem ejusmodi, quæ statim auditu suspicione m. hæreseos in audentibus movet, quod eam constet errorum gravissimum continere in Religionis negotio.

C A P U T X.

*Inscitia Auctoris libelli in tertio argumento proponendo. Multas res in definitas fuisse, in adhuc posse definiri, quas ante definitionem credere non sit necessarium ad aeternam salutem, Vitium quarti argumenti, quod attulit libelli Auctor. Quod ab Ecclesia definitur, contineri debere in verbo Dei scripto, vel tradito; non tamen requiri, ut sit omnibus exploratum ante definitionem. Scriptura testimonia duo, que ad litteram docent Immunitatem Deiparæ. Fessum Conceptionis antiquius in Ecclesia Orientali, quam in Latina. Quo argumen-
to Maria Immunitas demonstratur à veniali peccato, eodem offenditur Immunitas ab originali, quod Ecclesia Traditione Virginem habeat ab omni sorte peccari profusum immunem. Testimonia Patrum perspicua pro Conceptione labis experte.*

Tertium argumentum. De illis veritatibus necessarie sunt definitiones ex cathedra, quæ sunt credenda da necessitate salutis: sed Mysterium Conceptionis, ut habemus in exordio Bulle Pitti Quidam supra enuntiatæ, non est de illis dog-

ma-

matibus, quæ cordò credere ad iustitiam, ore confiteri ad salutem necessarium sit: ergo non est necessaria ejus definitio ex cathedra.

Ut inscitiae, ac stupiditatis piget! Si quid valet hoc argumentum, licebit etiam affirmare, non fuisse necesse, ut Benedictus XII. definiret, Sanctorum animas, statim ut à corpore exierint, videre Deum: qui ppe tredecim ante sacerulis non erat id credere necessarium ad æternam salutem. Si enim fuisse necessarium, in salutis discrimen adducti fuissent, qui de hac redubitarunt, viri sanctissimi. Cætera omitteda quæ plurima exempla definitionum recentium in Religio- nis negotio; ex quibus apparet, multarum rerum veritates non fuisse compertas majoribus nostris; quas proinde non erat credere necessarium ad æternam salutem; easque tunc demum fuisse credendas, cùm Ecclesiæ judicio sunt definitæ. Jam vero auctoritas Pii Pontificis nihil juvat libelli Au- ctorem. Is enim coarguit efrænam licentiam Theologorum quoruadam, qui, quasi res esset Ecclesiæ judicio definita, ideoque ad salutem necessariò credenda, ita pugnabant, ut Pontificis lege coercendi viderentur. Tam pertinaciter, ini- quit, pro alterutra parte contendunt, ac si de illis dogmatibus esset, quæ corde credere ad iustitiam, ore confiteri ad salutem necessarium est.... cum sancta Romana Ecclesia de ea re but usque nondum definerit.

Quartum argumentum, *Sententia, quæ necessaria est ex cathedra definita, debet esse conformis sacrae Scriptura, vel traditioni Patrum.* Hæc enim sunt regula definitionata infalli- bilis veritatis: sed sententia de Immaculato Virginis Conceptione non est expresse conformis sacrae Scriptura, quia auctoritates, quæ in illius favorem adducuntur, in sensu litterali hoc non ex- primunt, sed detorquunt debere ad sensum accommodatum, quæ ipsa est regula definitionum Ecclesiæ. Nec est traditioni conformis, quia de hoc Mysterio primo dubitacum est, & in primis Ecclæsia sacerulis, a quibus traditio erit, alcum fuit silentiam de Virginis Conceptione: Ergo definitio, quæ positur, necessaria non est.

Hæret hic aqua libelli Auctori. Nec enim audet ad verbium illud expressè in majore propositione repetere, quod est posi- tum

tum in minore. Quod tribus facete debuisse, ut sylogis-
mus recte constaret. Sed etiam est vitium fallere inveniendis
dissimilando, quād adiectā particula non modō falsam pro-
positionem affert; sed etiam hincēdā, vel heretici
proximam. Hereticorum est anima, dogma nullum, quod ad
Fidem attineat, profiteri, nisi quod est expressè conforme sa-
cra Scriptura. Tum verò dicere, nihil esse definitum,
nisi quod est expressè conforme sacra Scriptura, vel traditionē
Patrum, vel hereticum est, vel heretici proximorum. Erra-
fe Tridentinum Concilium, cùm in Catechismā reculit (a) libros Tobiae, Machabaeorum, Sapientie, aliosque contra
plures, quis nū hereticus dicens pudent? Deinde tamen con-
tentio pertinax obimpulsit: nos uetus liber Divinus, nec vnu
sō certa traditio expreſſe demonstrat, libros eisdem esse Di-
vinos. Quid pertinet ista, nisi ut apparent, id esse hereti-
cum, vel heretici proximum affirmare, unde consequens
st. errasse Concilium in re gravissimā. Sed his omib[us],
quod magis penitentia ad rem nostram, considerandum. Con-
sentia, inquit, de immunditate Virginitatis Concepcionis non est ex-
presso conforme sacra Scriptura. Velles foras in libris Di-
vinis dilectis verbis haberi, Mater Dei ab originis labe immu-
nis fuit. At si haec legeremus, non tam opus esset defini-
tione, quād in anathemate, aliquique suppliciis. Dicere au-
tem, Scripturæ loca in sensu litteræ non favere; id est profes-
sione heretici intolleranda (b). Nam illa verba, Ave gra-
tia plena, optime possunt ad Conceptionem referri litteræ
sensu. Quid ut intelligas, expende, quæsi, participium
Græcum præteriti temporis κατηρπιν, quod ex gratia, i[n]
in gratia fermatam significare habet. Id enim est, quod
Latinus interpres dicere voluit, cùm ita verit, gratia plen-
na. Cuius uero participium plane affectus Græcus auctor
Amphilochius Iconiæ Episcopus, quod erat consequens,
dixit, Virginem. Hoc est sine nota de cri-
mine fabricatam. Lege Origenis. verba Homilia secunda
in Lucam. Quid Græci dicitur κατηρπιν, ubi in Scripturis

ris.

(a) Sif. 3.

(b) Lut. 1.

rie alibi legem, non inueni: sed Maria hac salutatio serue-
batur. Καὶ ψηφιστή intendit gratiosam, interdum ex
gratia formatam, deches latine interpretari. Potest enim ut-
rumque significare. Hic autem ψηφισμόν cām vocet
Deipara, excellenti quadam, ejusque propria appellatione,
quae munus Dei singulariter ac beneficium designat, non pot-
est gratiosam significare. Quippe Deo graciis vulgo omnes
dicuntur, qui justi sunt, eis peccatum aliquando habue-
nunt. At, inquires, gratiā plenam latinus vortis interpres,
nec de Graeco vocabulo nobis magnopere laborandum. En-
tūm verò faciendum est, si Graeca vox lucero possit Latinis
verbis aferre. Hoc Patres monent, hoc illis est usitatum.
Jam cām Stephanus Martyr plena gratiā appellatur, (Act.
cap. 6.) nihil erit in ea iuratione, si modū verbalia
velimus attendere, quo mortatibus ceteris antecellat Maria,
ut puer Origenes. Supetest igitur, ut ex gratia formatam
interpretaris. Deinde poteris argumentando colligere:
Quod est in gratia, & ex gratia formatum, caret omni pec-
cato: sed Maria, cām sit ψηφιστή, fuit in gratia, &
ex gratia formatā: caruit igitur omni peccato. Quam con-
clusionem cūm fluentem, & obscuram probē cognoveris, de-
fines tandem eruditis Theologis sensum hanc tuum accom-
modatitudinem consamemorasse. Præterea ex illis verbis, gra-
tiā plena, collegit Ecclesia immunitatem Deipara ab omni
culpa veniali. Redicere, an secus? Rectissime: cūm tan-
zen verba Latina, gratiā plena, si, uti sonant, velis ac-
cipere, veritatē habere possint, tametsi dicas, paulò an-
te salutationem Angelicam gratiā plenam fuisse Deiparam
Virginem. Angelus enim gratiā plenam appellare potuisset,
quam Deus nuper quid dico nuper? quam in ipso Angeli ad-
ventu gratiā replere dignatus esset. Non ergo anteacto vi-
ta tempore gratiā plena fuisse, neque fortasse ab omnī cul-
pa veniali esset immunis. Quid igitur dices, nisi Eccle-
siam in eis verbis, gratiā plena, non amplitudinem modū
gratiæ Divinæ, sed extensionem ad omne momentum in-
tellexisse: cāmque eam sciret ψηφισμόν hoc est ex gratia
formatam; eidem, quod erat consequens, tribuisse; hoc
est ab omni veniali criminē Immunitatem.

Spon-

Sponsat illam, quae celebratur in Canticis Canticorum, littere sensu Ecclesiam esse dicendam, nemo negaverit. Non enim proprio, veroque sensu in Sunamitidem Salomonis uxore illa convenienter, quae iisdem in Canticis passata oportunit. Alias enim Principis filiam, alias rusticam puellam colendis viis operam dantem, modo sacerdotem, modo conjugem eam dicimus appellari. Erravit igitur Sebastianus Castalio, & curtillo complures haeretici, qui Regis uxorem, ejusque corporis pulchritudinem ex libra describi existimarent. Sancte in quibusdam ad eandem alludi, ejusque conjugem Salomonem, ultro concedimus, sed certe tenemus. Nam Iesus integrum litteralis ad corpus Ecclesie, Christumque sponsum, & coadiutorem illustred fortis debet. Cumque Maria in corpore isto locum principio piam teneat, consequens est, ut, quae dieuntur de Ecclesia, ad Matrem Dei priori jure pertineant littera sensa. Itaque Cantica Canticorum in eam maxime convenire, Patres quamplurimi docuerunt; idque scriptis in eum librum commentariis testati sunt. Jam verò capite quarto eiusdem libri hec leguntur: *Tota pulchra es amica mea, maculosa non es in te.* In Hebreo non legitur verbum est, sed, *maculosa non es in te.* Itaque omne tempus excluditur, quo adam labes in Dei Matre potuerit excogitari. *Immortalis sponsa;* inquit Germanus Constantinopolitanus (a), verba sunt ista: *sponsa Mariae suffragantia, omnibus semper creatis praesesse, in natura creata ad incrementum accedere ob puritateis excellenziam.* Utitur eostestimonia Canticorum B. Thomas, ex episcopo condidit, peccatum actionis in Dei Matre nunquam fuisse. *Fatendum est,* inquit (b), *quod Beata Virgo nullum peccatum adhuc commisit, nec mortale, nec veniale;* ut sic in ea implereretur, quod dicitur Canticorum quarto: *Tota pulchra es ergo.* Quibus positis, quod ad rem pertinet, ita conficio, utarque verbis Ambrosii Catharini: *Si ad pulchritudinem istam compleendum, unus otiam peccati ventulus maculam à Virgine removere opus est; quis usserat, teterram, sicut et hoc.* *Si ergo* (c) *ad pulchritudinem istam*

(a) *Orat. de Annunt.*(b) *3 par. qnaest. 3 art. 4.*

illam peccati originalis labore cum tanea pulchritudine compo-
ni, & copulari potuisse, ut nibilominus tota pulchra, & finia
macula predicari debeat?

Jam vero piam sententiam veterum Patrum traditioni
consentaneam esse demonstremus. Id antequam faciam libelli
Auctoris fucum, & levitatem coarguere debo, qui cum illud
affirmet, Pontificis esse, quid sit Ecclesiae Traditioni conve-
niens, omnino decernere; eundem in Petri Sede, tanquam
in specula collocatum, Traditionem de rebus, quae sunt de-
finienda, investigare debere; ipsamque videlicet, si dubia
sit, & obscura, ac pro hominum more, aliis alio traheantibus,
variè intellecta, explicare: hoc enim Pontificis singulare;
ac proprium est, quamvis ipse non dixerit) cum illud, in-
quam, profiteatur, interim sibi jus Pontificium, ac potesta-
tem non veretur adsciscere. Ait enim sine ullis ambagibus,
ac propemodum decretoriā sententiā, *preservationem Virginis
non esse traditionis conformem*. Quod quid est aliud, quam Pa-
schasium Quesnellum, ceteroque de grege Jansenistarum
audaces homines imitari, ac se confarre privatū hominem,
vel anteferre Pontifici? Illi enim Pontificis Maximi in cau-
sa Quesnellaiana judicium à Traditione veterum Patrum di-
siderare contendunt: libelli Auctor, ejusque similares eò tandem
ratiocinando deveniunt, ut hoc eosdem affirmare necesse sit,
Præceptum Pontificis de cultu adhibendo Immunitati Ma-
rie cum Traditione vetustioris Ecclesiae non convenire, hoc
est, honorem esse præscriptum Immunitatis illius, quam
priorum sæculorum Ecclesia funditus ignoravit. Nunc,
quod instat, agendum est. Non ego excutiam antiquitatem;
ut vetustiorem, quam isti putant, hujus Mysterii celebri-
tatem esse demonstrem: Nam & operæ longioris id esset,
quam locus postulat, & viri docti complures, qui de hoc ar-
gumento multa scripserunt, Conceptionem Deiparæ jam in-
de à tempore Apostolorum in honore fuisse testati sunt. Id
unum dico, celebratam Conceptionis longè antiquorem
in Ecclesia Orientali, quam in Latina fuisse: ejusque rei affe-
ro testim, accuratum scriptorem, Franciscum Combesium
& familię Prædicatorum. Is enim in suis Adnotationibus ad
Canonem Andreæ Cretensis, qui vixit Ecclesiae sæculo VII.,

Andream inquit Hierosolymitanum, Cr̄tensium Archiepiscopum, cum Canonem confecisse canendum in festo die Conceptionis B. Annæ; quæ simul est Conceptio passiva, ut dicerē solet, Deiparae Virginis: nēc tamē eam celebratatem Andrea tempore initiam cepisse; cūm diu anteā festus dies Conceptionis agitari solitus esset. Est autem Canon hujusmodi: *Tuam bōdie concipientis festivitatem, o Divinorum seruum intelligens Anna, celebramus.* Vetusiora igitur sunt festus dies, ac nomen Conceptionis, quām existimat libelli Auctor. Deinde fac, ea primā in audita Anselmi tempore, atq; Bernardi. Quid inde? Nonne perpetua Ecclesiae Traditione Deiparam habet Immaculatam, iasontem, nullaque peccati labe pollutam? Nunc ita dispergo. Hæc honoris, & laudis ornamenta, quibus Patrum volumina plena sunt, arcentne genus omne peccati à Deipara Virgine? Si genus omne peccati ab illa removent; igitur etiam originale peccatum. Quod si non removent genus omne peccati; ergo Synodus Tridentina lusit omnino, cūm Deipara Immunitatem adscripsit à veniali peccato. Magna ista res est, egetque consideratione non parva. Scias itaque velim, in tota Ecclesiae vetustate Patres fuisse admodum paucos, qui veniale peccatum disertis verbis arcerent à Deipara Virgine. Qui vero illud admitterent, longè plures fuerunt: iisque à nobis descripti sunt alio loco. Quod si Concilium esse testatur Traditionem Ecclesie, Mariam veniali peccato immunem fuisse, generalibus nititur testimonis eorum Patrum, qui Deiparæ Immunitatem adscribunt ab omni peccato. Non enim potest singularibus nisi, quæ veniale peccatum ab illa removant. Prioris autem generis innumera esse veterum Patrum testimonia perspicuum est. Atque ad illa respiciens Tridentinum Concilium, Mariam exemit à veniali peccato. Nam substantia peccato etiam veniale continetur. Si ea Patrum testimonia gentis omnes peccati ab illa rejiciunt, bene habet. Quod si non rejiciunt; ergo Concilium operam ludit, cūm propter illa testimonia Immunitatem decernit à veniali peccato. Quippe dixerit aliquis, fecerint illas generales peccatum excludere, non veniale, sed omne mortale. Nam, quem,

quam admodum docet B. Thomas (a), proprie*tat*e *sequendo* p*ec*c*atum* *veniale* non *causat* maculam in anima. Fuerit igitur & impolluta, & immaculata, & prorsus immunis ab omni labore Deipara, eu in eotamen, ut venialem culpam admiserit, ex Patrum lenitatis. Quod si dicere ex i*m*p*iu*m*a*, & haereticum est, fatearis oportet si idem Patrum testimonii Immunitatem ab omni culpa, & veniali, & mortali, & originali, non obsecrare significari.

Prout rea si Conceptionem Innoxiam idecirco esse negas Traditioni consentaneam, quod primis s*ec*culis de illa fuerit alatum silentium; hoc etiam dicas necesse est, transubstantiationem, & causam formalis justitiae nostrae non convenire cum Traditione. De his enim alatum silentium primis s*ec*culis fuit. Quid dico primis, cum illa primum audita sit in quarto Concilio Lateranensi, posterior autem in Tridentino? At enim Ecclesia vetus, quamvis carerer nominibus illis, restamen ipsas significatas prob*e* tenebat. Bene volo. Quippe mihi auctor es, ut idem dicam de Conceptione. Nihil est frequentius in Patribus antiquis, quam Matris Divinæ cum Eva comparatio. Qui antiquam illam Virginem, inquit Amphilochius (b), quem paulo ante commemoravi, sine prole condidit, ipse in secundam sine nota, & criminis fabr*ac*catus est. Fuit æqualis Gregorii Nazianzeni, & Basilii Magni Amphilochius; quem cum illis duobus etiam multiplici eruditione confert D. Hieronymus. Namquam auctorem orationis illius, unde haec sententia desumpta est, diversum facit ab Amphilochio Nicephorus Patriarca CP., Theodatū scilicet Aneyranum Episcopum, qui Amphilochio cum suppar fuit, tum contra Nestorium disputavit egregie in Concilio Ephesino. Si nullum aliud extaret de perpetua Sanctitate Mariæ veterum Patrum testimonium, hoc mihi unum satis esse posset; cum in tota vetustate nemo unus existat, qui Deiparæ nominatim affingat originales peccatum. Id enim s*ec*ulo duodecimo quidam Theologi suscipi*er*unt, atque li*ser*et, ut ejus scatis calamitas fuit,

nec

(a) 1. 2. quart. 89. art. 1.

(b) Orat. 4. in S. Deip. & Simeon.

ne in Patriarchatione magnopere versati, putantesque vobis tabulo Conceptionis non animæ in corpus inclusionem, sed ex maris, fœminaque congressu mixtionem seminum designari. Sed non est unus Ecclesiæ veteris auctor, sive Amphilius, sive Theodotus, qui eam laudem Virgini tribuat. Nam, ut omittam hoc loco repetere testimonium illustre, quod in Actis Apostoli Andrew continetur, lege verba Chrysostomi in Liturgia: *Verè dignum, & justum est glorificare te Deiparam semper beatissimam, παναγία μητρός*, hoc est, ejusmodi, ut nulla macula aspergi queas, Matrem Dei nostri, honoratiorem Cherubim, & glorioforem incomparabiliter Serapibim. Eam sententiam vel accepit Chrysostomus à Liturgia D. Jacobi, (suam enim ex illa concinnavit; in eaq; sententia similis legitur, quæ Dei Matrem παναγία μητρός habet, semperque beatam) vel si addidit ipse, ut quidam fieri potuisse opinantur, qui Liturgiam Jacobi Minoris interpolatam existimant, eā vixit aetate Joannes Chrysostomus, quam velut indicem Traditionis, ac testem, ex hæreticis plurimi venerantur, nedum sapientes, Catholicique Doctores.

Successor Chrysostomi in Episcopatu Proclus Oratione 6. in Deiparam, de Josepho loquens Virginem sponsam, quodd uterum ferret, demirante, sic ait: *Non meminerat, potuisse eam effici Dei templum, quæ ex mundo erat formata luto*. Adjectivum Græcum est *«γαγοῦ*, quod etiam *bonum, iustumque* significat. Hic non animæ solùm, sed carnis maculam negat unquam fuisse in Sanctissima Virgine. S. Sabas, qui fuit auctor saeculi quinti, sententiam similem habet in Ode de S. Malachia, ubi Deiparam sic alloquitur: *Tu macularum semper omnium expers, ligno vita finillima, non alium nobis fructum germinasti, quam Christum*. Nec minus est luculentum Andrew Cretensis testimonium in Encyclo Nativitatis Mariae: *Primitæ naturæ nostræ, quæ ex tota confusione nibil inquinamenti suscepit*. Joannes Damascenus, in Oratione prima de Natali Virginis, Conceptionem Innoxiam his verbis declarat: *Natura gratiam antevertere ausa non est*. Quibus verbis aperte significat, Deiparam Virginem non autem naturam accepisse, quam gratiam.

tiam. Idem Damascenus in Menæis, Ode de S. Anastasio: *O semper, & ubique inculpatissima Numinis Mater, quæ es ingens cantandi materia Apostolis, & Martribus.* In iisdem Menæis, Homiliâ de Annuntiatione hæc leguntur: *Primò quidem singulari providentiâ perfecit (Deus) ut sacra Virgo ab ipso vita suæ principio tam existeret pura, quam esse puram decebat illam, quæ tanto bono, id est Christo, digna existeret.* Habemus igitur testimonium Ecclesiæ Græcæ universæ, quæ primu illud Conceptionis momentum, quo Dei Mater vivere cœpit, purum esse fatetur, interque laudes Divinas quotannis celebrat. Singularem hanc laudem Deiparæ Virginis complexus est brevi carmine Joannes Geometra in hymno 3. ex Theolociis; ubi Maria salutatur hoc modo:

Vitii nostri criminè Virgo carentia.

Et apertiùs in illo:

Gaudie primævæ libera labe patris.

Sed his antiquior Adamantius Origenes hanc sententiam expressit locutione sublimi, & figurata, (ut erat factus ad Platonis ingenium) sed tamen perspicuâ (a): *Audite omnes filie Eve, & letamini, audite, quod Virgo concipiet, non ex desiderio partum concipiens, quæ neque serpentis persuasione decepta est, neque afflatibus ejus venenosis infecta.* Virginem ait, non ut fœminæ solent, voluptatis libidine concepisse; ejusque rei hanc esse causam testatur, quod eam virus antiqui serpentis nihil prorsus afflaverit, nec fecellerit hostis insidiator, nequè cum Eva, primoque parente, totaque adeo posteritate in fraudem induixerit. Quod quid est aliud, quam Deiparam Virginem non modò dicere exortem originalis peccati (quod mihi satis superque est), sed etiam vinculi ac nexus illius, qui debitum solet appellari?

Sanctitatis Marianæ jam inde à primo, cùm est concepta, momento auspicantis initia, illustre legitur testimonium in Concilio Ecumenico VII. Hujus enim Actione III. probatur Epistola Synodica Theodori Patriarchæ Hierosolymitani, in qua Epistola dicitur Mater Dei *omnis intelligibilis*

(a) *Homil. I. in Matth.*

70
bili, ac sensibilis natura glorie (q[uod] claritate creatu[m] sublimior. Greata, inquit; non post creationem aliquando facta sublimior. Et claritatem divinæ gratiæ tam est consecuta, quæ ipso[s] Angelos antecellebat; quorum recte natura Conditoris obstat non avertitur.

Priacips inter Latinos et Bodandæ questionis de Origini labo, deque gratiæ necessitate ad cavitandum peccatum, fuit Augustinus, qui & nominatim sanctissimæ Dei Matris meminit, & haec ipsam à communis sorte, atque lege no[n] originalis excludit. Hujus trita, & pervagata sententia est in libro de natura, & gratia, capite trigesimo sexto: Encepit itaque Sa[ncta] Virgine Maris, de qua propter boporum Domini nullum prorsus, sive de peccatis agitur, habere vole questionem: inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omnia ex parte peccatum, quod concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo Virgine exceptâ (a). Si peccati species, & quasi partes, in quas illud distribuitur, istae sunt, Originale, Mortale, & Veniale; & gratia Virgini data est ad vincendum omni ex parte peccatum; vicit utique illa Originale. Vicit autem actionis peccatum, non debellando, quod senserit aliquandiu, sed omnino non sentiendo. Idem ergo judicium de Originis culpa faciendum est, siquidem omnes peccati genus intelligit Augustinus. Sic cum vero intelligere, praetextus illa, quæ dicta sunt, aperte indicant, quæ sequuntur. Nam Pelagio objicienti, quorundam justorum in sacra Scriptura nullum peccatum commemorari, ut Abel, Etnoch, Abraham, aliorumque complurium; simul hoc inculcati (a). Quorum iustitia meminit, q[uod] peccatorum sine dubio meminisset, sicut nos peccasse sensisset; tunc concludenti, Credamus igitur, quod legimus, q[uod] non legimus, nefas credamus ad, finem; ita respondet Augustinus (b): Ostatim, non dico aliud, quam in illis litteris dedit, secundum contra id, quod legit, nihil vallet adstruere; fideliter, q[uod] obedienter audiret, quod scripsimus, Per utrumkam peccatum intravit in

(a) Cap. 37.

(b) Cap. 39.

mundum, *In per peccatum mortis, In ita in omnes homines pertransit, in quo omnes peccaverunt; In non infirmaret tantum medicis gratiam, dum factum non valit naturam humanam esse vitiatam.* Originalis peccati lege hic eos includit Augustinus, quoru[m] nulla peccata in facris litteris legi Pelagius objecerat. Cumque horum ex numero Deiparam Virginem Augustinus idem excipiat, non est cur dictum illius attendere velimus, deque folo, uti vocant, actuali peccato eum esse locorum existimamus. Sed est alter ejusdem insignis locus in libro quinto contra Julianum, capite XV., qui, quod contendimus, egregie confirmat, nec sententias pridem interpretationi perversa locum relinquit. Illud, ait, sancte magnum, verunque dixisti, cum posuisses testimonium Apostoli Petri dicentes, Qui peccatum non fecit, nonandum est, quod judicaverit apostolus, sufficere ad offendendum in Christo nullam faisse peccatum, quia dicit, nullum cum fecisse peccatum. Ut doceret, inquit, quia qui non fecit, habebet non potuit. Omnis vero summum est. Profectò enim peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset. Nam propter nullus est hominum prater ipsum, qui peccatum non fecerit grandioris atatis accessu, quia nullus est hominum prater ipsum, qui peccatum non habuerit in fanciliis atatis exortu. Originali ex labore semel contracta consequens esse actionis peccatum Augustinus constituit. Cumque funditus postea caruerit Virgo Maria; quis non videat, ex Augustini sententia nunquam eandem originali peccato vitiatam fuisse?

In libro 4. Operis imperfecti contra Julianum, cum hic objiceret, consequens esse ex Catholico dogmate de originali peccato, ut deterius, quam Jovinianus hereticus, de Deipara sentiret Augustinus: *Ille onim Virginitatem Mariam partus conditione dissolvit; tu (Augustine) ipsam Mariam diabola nascendi conditione transcribis: sic ipse respondet: Non transcribimus diabolo Mariam conditione nascendi; sed ideo, quia ipsa conditio solvitur gratis remansendi.* Transcribi diabolo conditione nascendi, est in ipsis primordiis Conceptionis peccatum contrahere, interque diaboli numerari mancipia ex lege communi. Hoc est enim, quod tota

illâ disputatione contendit Augustinus, homines nempe non ex utero solum, sed in utero nasci, hoc est concipi sub lege peccati. Idemque negat Pelagianæ factionis signifer Julianus. Quod si diabolo transcribi conditione nascendi nihil esset aliud Augustino, quam ex utero nasci cum labore peccati; ab ea lege non Deiparam modò, sed & Baptismam, & Jeremiam immunes appellasset; quos, ut erat acutus, & Scripturarum intelligens, ab utero natos sine peccato, Deique gratiâ, & sanctitate exornatos probè cognoverat. Mariam igitur nos modò natam ex utero, sed & conceptam sine peccato existimat.

Fulgentius Rusensis, magistrum suum imitatus Augustinum, id ipsum tradit his verbis in Sermone de laudibus Mariæ: *Cum dixit, Gratia plena, ostendit ex integro iugum exclusam primæ sententia, & plenam benedictionis gratiam restitutam.* Restitutam videlicet Adami filiæ Mariæ originalem gratiam, quam pater ipse, obnoxius ipsa primæ sententiae propter crimen, amiserat. Neque enim Deus eicit iram sententiæ, quæ in anima Virginis tanquam in sede ac domicilio ante fuisse; sed exclusit omnino, ne, dum per carnem grassaretur, ad animæ sedem perveniret.

Similia his habet Faustus Regiensis, quem Gallicanus. Martyrologium Sanctum appellat, & ab erroribus Massiliensium, nitente ipso Fulgentio, resipuisse memoriam est proditum: *Porta clausa, (a), id est signaculum pudoris, immaculate carnis integritas.* Non enim violata est partu, quæ magis est sanctificata Conceptu, quæ absque omni peccato concepta est in utero.

Sanctus Ildephonsus Archiepiscopus Toletanus, qui Divo Bernardo quingentis annis antiquior fuit, mentionem facit Immunitatis Deiparae, tanquam rei exploratæ, & omnibus notæ, *Confat, inquit, videlicet notum est, manifestum est, tritum est Ecclesie sermone, ram ab omni origina. li peccato immunem fuisse, per quam non solum malodictio matri Eva saluta est, sed etiam benedictio omnibus condonatur.*

Hæc

(a) In libro, cuius titulus: *Veterum aliquot Gallic Theologorum scripta.*

Hæc leguntur in libro adversus eos, qui disputant de perpetua Virginitate B. Mariæ, & de ejus Parturitione: quamvis eum librum Dacherius Paschacio Radberto censeat adscribendum; qui floruit anno 830., trecentis annis ante Bernardum. Sed uter fuerit auctor, egregium certè testimonium perhibet vetustatis pia sententiaz. Uterque enim sanctitate fuit eximia, cum insigni rerum Divinarum scientia conjuncta. Eodem in opere ita scribit hic auctor: *Eximiae pietatis bonorem, & decus virtutis assert Beatissime Virginis pudicitiam prædicare; incorruptam, & incontaminatam, & ab omni contagione primæ originis confiteri alienam.* Immunitatem ecce ab Originis contagione conjugit cum pudicitia; & utramque sine discrimine prædicare haudquaquam vereatur. Deinde hæc habet: *Nisi Adam, & Eva primum peccassent in Paradiso, nemo deinceps nasceretur in culpa peccati: Maria vero, quia benedicta, culpam corruptionis non habuit.* Dicet aliquis, ad Nativitatem Virginis ista referri, de qua loquitur Ildephonsus. Evidem fateor; verum Nativitas duplex est: altera perfecta; inchoata altera, quæ est animæ in corpus inclusio, quamque Ildephonsus eo nomine vocat, ubi diem commemorat, quo inchoata est felix Marie Nativitas. Utramque igitur iis praæconiis celebravit. Ex quibus aliqui non obsecrè conjiciunt, per ea tempora Conceptionem, & Oratum celebrari uno die consuevit, ut unus olim festus erat dies Michaelis Archangeli, & Angelorum Custodum. Tandem, ut proberet Ildephonsus, Mariam, cùm pareret, nihil commune cum mulieribus cæteris habuisse, illud assumit; Eandom ab originis labe quam longissime absuisse: *Idcirco cesserant à talibus deliramentis, & confiteantur cum Sanctis Patribus, sic eum esse natum de Virgine Maria, ut dignatus est;* & ut decuit Deum. Nullas adscribant Sacratissimæ Matri contumelias intulisse, non gemitus, non doores, non cruminas, non ullas viscerum vexationes, non ullas diræ tristitiaæ corruptiones: quia hæc omnia, sicut & pœna dictum est, in prima origine illatae sint vindictæ & retributiones justissimæ primæ prævaricationis: à quibus omnibus B. Virgo Maria, quantum est aliena à culpa, tantum proculdubio libera fuit. à doloribus ignora. Alienam dicit à culpa primæ prævaricationis, hoc

est abhorrentem, expertem, immunitam, longeque remota. Soleo enim ridere interpretationem quorundam, qui alienam vel sumunt pro *expiata*, vel utique alienam ab actionis peccato, non à peccato originali. Prima quippe prævaricatio, quam hic unam commemorat Ildephonitus, originale peccatum est. Ab eo igitur alienam Virginem putat, cum dicit alienam ab ea culpa, cuius modò meminerat, hoc est prima prævaricationis. Deinde si preparum, & culpe reata sit comparatio ab Ildephonso, tantum ab ista immunem dicat oportet; quantum re ipsa ab illis fuit. Ab iis autem, hoc est doloribus puerperii, ita fuit immunis, ut nullos unquam Virgo pertulerit. Ad hæc, si sumit alienam pro *expiata*: cum plures fœminæ fonte sacro expientur ab originis culpa, cur eas quoque, ubi filios emittunt, arumnis illis non liberat Ildephonfus.^c Quippe sciebat, nihil omnino in renatis manere, quod veram propriamque rationem peccati habeat. Si ergo Mariam immunem fecit ab iis malis, propterea quia sit expiata aliquando ab originis labo, hoc etiam dicere debuisse, (quod, eti falsum, & ridiculum est, inde sequi videhat) Fœminas ceteras in baptismo renatas nullis, duobus pariunt, vel doloribus, vel arumanis obnoxias esse; Verum sunt apinæ tricæque istæ, quarum me jamdiu profecta tædet, pigetque. Quid vox aliena significet, aperte docet Ildephonitus, cum Dei Matrem Immunem appellat à peccato originali. Quid autem sonet immunis, hoc latine scientibus notum est, non barbaris istis, cum suo illo Turrecremata omnia miscentibus.

*Nulum passa jugum, curvique immensis aratri
Inquit Ovidius Metamorphoseon libro tertio. Eademque
notione Virgilius,*

Aspicit urbem

Immunem balli tanti, atque impunè quietam. (a)

Porsò Ildephonsum nec legisse videtur Dionysius Petavius, qui eum citat, (b) quamquam vir summissus in omni genere disciplinarum; sed ejus quandam sententiam præve-

de-

(a) *Aeneid. lib. 12.*

(b) *Lib. 14. de incar. cap. 2.*

detortam ab aliis auctoribus accepisse. Et autem hujusmodi:
 At verò beata Maria, licet ipsa de carne peccati sit nata *in*
procreata, ipsaque quamvis caro peccati fuerit, non tunc jam
praveniente Spiritu Sancti gratia, ab Angelo pra *omnibus mu-*
tieribus benedicta vocatur *S. Spiritus Sanctus superveniet*
in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Aliqui si non
codicem Spiritu Sanctificata est, *by remundata*, quonodo ejus ca-
ro nos caro peccati fuit? Et si caro ejus de massa primis pre-
varicationis venit, quonodo Christus Verbum caro sine pecca-
to fuit, qui de carne peccati carnem assumpit, nisi quia Ver-
bum, quod caro factum est, eam primam obumbravit, in quam
Spiritus Sanctus superveniet, *in virtus Altissimi totam eam pos-*
sedid? Propterea vero caro oius non iam caro peccati fuit, *in*
qua Deus totum infudit, *in Verbum*, quod caro factum est,
sine peccato ad nos venit. Sed & Petavius, & interpres illi
delirare videntur, quos duces habet, cum veri nominis
originale peccatum in illis verbis agnoscunt. Hic enim
loquitur Ildephonius, non de peccato originali, sed de car-
ne per vitium propagata, deque eternis a cordibus, qui-
bis Virgo, non sibi; sed Adae merito, unde more com-
muni carnem trahebat, fuisse obnoxia, nisi receati Dei be-
nescio fuisse exempta. Si enim peccatum hoc loco intelli-
geret, id à Maria non ante sublatum existimat, quām
homo ficeret Verbum Dei. Nam cum sit nata de carne pec-
cata, quo deum tempore caro ejus non iam caro peccati fuit?
 Eo nitidum, cum *Spiritus Sanctus*, ut ei Gabriel paulo
antē promiserat, *supervenire in eam*, *in virtus Altissimi to-*
tam possedit. Itaque Virgo tandem est expiata ab originali
peccato, cum Dei Filium concepit, si iros interpres au-
diamus. Ecquid hiscere audeas? Si carnem peccati eam
intelligis, que more usitato non sine libidine propagatur,
cordibusque & eternis obnoxia est, ultro concedimus.
 Si ipsum aīs originale peccatum esse carnis peccati, ince-
pre mentiris. Quippe in hominem per baptismum renato ve-
rissime dicitur inesse caro peccati, cum tamen ipsum pecca-
tum deberet sit. Quod si, dum natam de carne peccati Di-
vam Virginem docet, natam intelligit cum veri nominis
originali peccato, non sibi constabit Ildephonius, qui eo-

K 2 dema

dem in loco Virginem ait originis culpm non contraxisse,
atque adeo natam sine peccato. Post illa enim, quæ cita-
vimus, verba: *Et Verbum, quod caro factum est, sine pecca-
to ad nos venit, quod antea dixerat, ita confirmat.* Alias
durem quomodo, Spiritu Sancto eam replete, non sine peccato o-
riginis fuit, cuius etiam Nativitas gloria Catolica in omni
Ecclesia Christi ab omnibus felix iubata predicitur? Enim
verò si non beata esset in gloria, nequam tam festiva ce-
lebraretur ubique ab universis. Sed quia tam solemniter col-
itur, constat ex auctoritate Ecclesie, quod nullis, quando na-
tra est, sub jacuit delictis, nec contraxit in utero Sanctificata
originale peccatum. Non contraxit, inquit; hoc est infes-
ta peccati labe non est. Nam peccatum contrahere nihil
est aliud non latinis modò, sed Sacris auctoribus, quæ
peccatum admittere, eoque fœdari: ut æruginem, situm,
mucorem contrahi à quopiam, est mucidum fieri, ærugino-
sum, sitique foedum, quod antè non erat: neque ærugi-
nem non contrahere est illam deponere, sed ex probris ca-
tere, purumque ac nitidum conservari. Pergit Ildephon-
sus: *Unde est Jeremie dies, atque Job, maledicta pronun-
tiatur; dies, inquam, Nativitatis eorum; tamen dies, qua-
do inchoata est felix Maria Nativitas, beata pronuntiatur in
solitus religiose satis.* Et infra: *Nunc autem quia ex auto-
ritate totius Ecclesie (Nativitas Virginis) veneratur, con-
stat eam, hoc est Mariam; non, ut Vasquesius cavillatur,
solam Mariæ Nativitatem, ab omni originali peccato immu-
nem fuisse; per quam non solam maledictio matris Evee solata-
tis, sed etiam benedictio omnibus condonatur: nam per Ma-
riam bona illa mortalibus contigerunt. Vides igitur omnia
recte constare, (ut ad incepsum jam redeamus) si carnem
peccati, de qua dixerat natam & procreatam, eam intelli-
gas; quæ cum more communis sit propagata, per se ipsa non
vacat æruginis ac foedibus; nisi recenti Dei beneficio pre-
stetur immunis. Quod est factum in Virgine, dum Ver-
bum concipiens quodam quasi torrente divinae gratiae perfusa
est. Sed non est opus arguento concludere, quod ipse:
Ildephonius sine ullis ambagibus pronuntiavit. Ait enim
paucis annis postea: *Quodammodo ergo Virgo nata est, non
in utero, sed ex corpore, ut dicitur.**

paulò post: *Quando spiritus sanctus in eam advenit, totam de-
fecavit a sordibus Virginem, qm̄ deconit, ut esset sanctior,
quam astra celi.* Ipsa nimis Mariae caro tūm est mu-
dior effecta, suoque modo *sanctificata*, cūm Dei Filium
concepit; ut ne in partu futuro sordes admitteret, aut ult
lis doloribus pretheretur.

At enim, inquies, unum Christum satetur Ildephonsi
fus communi lege esse natum, neque conceptum. Sic
enim habes: *Plurimum despiciunt, qui dicunt cum communia
lege naturae esse natum; quia non ea lega confitat esse conceptus;*
quoniam hæc lex nascendi, qua nunc lex naturæ vocatur, ex
vitio primæ damnationis est. Et idcirco ait Apostolus. *Fuiimus
omnes nos aliquando filii iræ, sicut & cæteri. Sed ab isto
fidei virtute vobis, ut ita Christus naturæ redatur filius iræ, si-
tue cæteri nascuntur in vita corruptionis; de qua corruptione
dolor & genitus multiplicantur.* Hic videtur distinguere
Conceptionem ab Ortu; ad negat utrumque lege naturæ in
Christo fuisse; ut iude confirmet, inter dolores molestias
que puerperæ non esse natum: *ceteros ait nasci in se filia in
vitio corruptionis.* Ergone etiam beatissimam Virginem,
quam antè dixit in utero *sancificatam; non contraxisse origi-
nale peccatum?* Eset hoc levitatis desultorij in tam gravi
argumento. Dicamus igitur, non fuisse necesse, ut hoc loco
Deiparam Ildephonsi exciperet, quam in longa oratione,
ut est à nobis jam demonstratum, toties exceperat.
Quippe quod attinet ad legem naturæ, jam de Virgine hoc
dixerat orationis initio: *Quid est, quid legem naturæ requi-
runt in Maria, ubi totum, quicquid in ea fuit, possedit Spi-
ritus sanctus?*

Magnum inest pondus in his testimoniiis ad Tradicio-
nem de Immunitate Deiparæ comprobandam. Quorsum enim
hujus operis auctor tam sçpē, tam constantibus verbis eam
litteris consignasset, nisi rem exploratam ex Ecclesiæ con-
fessu didicisset? Quid si vera non dixit, cur in magna scripto-
rum copia eum nemo refellit? Cur saeculo septimo, aut no-
nō nullus Episcopus, aut Theologus opinionem novam, ne-
que Ecclesiæ diu antè perspectam confutavit? Quam opinior-
rem auperus auctor, etiæ doctrinæ, & sanctitate celeberrimi-

mus:

mas, tam licet ob; ac libere investiret. Quid si nemo, qui
repugnaret, inventus est; illud efficietur. In veteri Ecle-
si persuasionem fuisse de Marie Immaculatam: quam proinde
secutus vel Ildephonus, vel Paschatus Radbertus, talia
scribere perstitit.

S. Fulbertus Carnotensis Episcopus Oratione de Ora
Virginis: Quemadmodum profixa fuerint Landorum Angeli-
cum circa eum Deo gratissimas parentes ab initio procreationis,
quoniam super eum ingentem felicitatem? Nam quid subfuisse
credendas est. Scriptor Sanctorum ad istam partem, quam sua
abundante disponentes videntur. Hac ergo sententia, ut dicitur, non
est. Hac ego Patrum et scripturarum folieta in hanc locum con-
geffii, ut iudee constet, Conceptionis My steriorum nos, ut magis
incuriositatis auctor, ut creditoribus conatus imponeatur, igno-
ranti frumentorum ignorantiam; sed a priori usque temporebus in ore
veritatum Catholicae Ecclesie, nec modis leviter adsumma-
turum Patrum sententiis, sed veris coloribus tam laetantes
exprobrium, ut ineptus futurus sit, qui relit adhuc alium fa-
lutionem votu statim incalcare.

C A P U T XI.

Quintum argumentum refellitur. Ab Ecclesiae maturitate in
Mysterio illustrando, possint colligi Conceptionem, Inno-
xiem non esse designandam. Materia Nativitatis, in
Assumptionis Mariae non antecellere in fundamen-
tis, ut libelli Auctor existimat. Mysterio Conce-
ptionis. In obsoletis, protristisque argu-
mentis resarcendis proutq; cuna libel-
li Auctoris.

Quarto argumentum. Quoniam Pontifices, qui bene-
usque considerant Confessiones favorubiles Mysteria Con-
ceptionis, habuerint praecociorum annos, denique singu-
laris autoritates eadem Scriptura, tam Patrum quam congloban-
tar a posterioribus ratione definitorem, tamquam eam illud defi-
nierunt. Signum ostendit, quod supra illas fundari non poterat;
de.

79

definito. De nonnullis sententiis immunitate Concepens esse laudabilem, piam, religiosam. Instructum fobum Mysterii: illud de-praecepsio: celebrandum sanctorum: approbarunt Ordinem suum illius iurisdictionem: et ergo sunt Indulgencies in die sancte fidei. Quod quidquid in favorem credentes Mysterii, hoc usque fecerunt, tamen numquam ad resolutionem devenerunt.

Signum evidens illud est, Ecclesiastici, ut in rogo gravi, matritate, ac prudentia opus esse censuisse; tum quasi per gradus ed usque progressam, ut nihil illi super sit aliud, quam definitio. Quis autem ferat libelli Auctoris temeritatem, qui cum dicat definitionem sive in libris Divinis, nec in Patrum sententiis fundamentum habere, Ecclesiarum decreta, quae sunt hancenius edita in favorem Mysterii, de ridiculo habere videantur? Si Scripturarum, si Patrum sententiae neutiquam faveant Immunitati Delpharum, consequens est, ut Ecclesiastici accusent maximo crimine levitatis, cumque dicas errare posse, quin etiam errare, dum Conceptionem labia expertem venetatur. Atqui Ecclesiastici falli nos posse in publico cultu, est dogma Catholicum; quique repugnet Conceptionis in causa, cum de heresi esse suspectum auctor est Gottus Cardinalis. Ergo tam cultus, quam pia sententia fundamentum in sacris litteris habent, ac Patrum sententiis. Quod est autem Ecclesiastici cultus fundamentum, idem poterit esse definitio.

Mysterium, inquit, Nativitatis, & Assumptionis, quorum notitia vetustior est in Ecclesia, quam Conceptionis, non sunt haec tenus definita. Non est igitur definitum Conceptionis Mysterium. Priora Mysteria falcianus etiam solidioribus fundamentis. Nam illud sanctificationis Mariae, in quo fundatur ejus sancta Nativitas, habuit exempla in prophetis novi, & veteris testamenti. At istius Conceptionis nullum exemplum, immo contraria lex. Illud vero Assumptionis quoad privilegium resurrectionis post mortem in novissimo die erit omnibus communis: Omnes resurgentemus (a): & quoad illud glorificationis corporis erit (b) istud omnibus praedestinatis consecrum: Nos immutabimur. At Conceptionis sine culpa originali

null.

(a) 1. Corinth. cap. 15.

nulli hominum fuit concessus, nec ulli concedetur, cum sit propria Christi Salvatoris nostre ex Spiritu Sancto conceperi. Ergo si pra Mysteriis Nativitatis, & Assumptionis, esto antecedentia in antiquitate, ergo in fundamentis Mysterium Conceptionis, quoniam fuit necessaria definitio ex cathedra, nec etiam erit pro isto.

Quid hoc homine facias, qui dies festos non Ecclesiaz potissimum auctoritate, neque populi Christiani Religionem solemni, nec ipsa rei, cui sacer cultus habetur, sanctitate metitur, sed vetustate? Sed argumeoto respondeamus: Nemmo hactenus bona Fide Christianus aut Assumptionis veritatem, aut sanctitatem Nativitatis in dubium vocavit, postea quam Ecclesia Romana, quod esset Objectum Ecclesiastici cultus, in earum Officiis testata est. Quocirca necesse non fuit illa Mysteria defanire. In Conceptionis Mysterio non est ita. Alexander Septimus declaravit, Ecclesiam Romanam honorem semper deculisse, ac deferre præservationi Mariæ ab originis labe. Tu vero, tuique similes eum honorem frustramini interpretando: Pium cultum sententia probabili niti posse. Quod est perinde affirmare, in Ecclesiam Romanam, quæ pium cultum adhibeat Conceptionis Mysterio, errorem cadere posse. Clemens XI. euadem cultum non immixuit profecto, sed longe, dateque ampliavit, cum settim solemine Conceptionis Deiparae toti Ecclesiaz prescripsit. Nunc tota Ecclesia iam celebrat, hoc est populus omnis Christianus, quod ex vetere instituto Ecclesia Romana celebriavit. Quid ad haec homines inquieti, ac turbulenti? In epitheto *Immaculata* nugantur: Non illud additum Conceptioni, sed Deiparae Virgini. Qua de re postea. Coercendi sunt igitur definitione; ut, qui à tergo, & latribus Ecclesiam petunt oppugnando, (non enim raudient aperte) vel ejus judicio, & auctoritate percussi armis desponant; vel si opinionem medullis infixam sibi eti ipsi non sunt, haereticorum ad castra receptum habeant. Quis vero credat libelli Auctori, cum ad invidiam removendam, annua esse dicit in pace composta? Sed ego pace ista tua nullum esse bellum putavi Ecclesiaz periculosius, aut impotius.

Venio ad alteram partem argumenti, quæ habet, Mysteria Nativitatis, & Assumptionis antecellere in fundamentis Mysterium Conceptionis. De Nativitate alio loco disserui: simul ostendi, sanctitatem in Ortu efficaci argumento demonstrari non posse, præterquam illo, quod ad probandam in ejus Conceptu Immaculatatem, ex Patrum dictis assertur. Nunc Assumptionis fundamentum utrum stabile sit, & quam solidum libelli Auctor ostentat, exploremus. Convenientissimum, inquit, est, quod gratia, in privilegia concedenda aliquando toti generi humano præventive concedantur Matræ totius generis humani auctoris: quia sicut privilegium sanctitatis in utero concessum aliquibus, conveniens fuit, ut concederetur Virgini, ita illud concedendum omnibus, conveniens est, ut statim Virginis concedatur. Cum ergo privilegium resurrectionis in novissimo die futurum sit omnibus commune, quia omnes resurgemus (inquit Paulus 1. Corinthus 15.) in illud glorificationis concedetur prædestinatis, quia nos immutabimur; conveniens & aquissimum est, ut Beatissima Virgo statim post ejus mortem consequatur resurrectionem, in glorificationem sui castissimi corporis, in distinguatur in die sui felicissimi transitus per id, quod omnes consequentur in novissimo die.

Sed hoc genus argumentandi tanquam captiosum, & sophisticum Gersonius contemnit (a). Quis, inquit, es homo, ut investiges sensum Domini? quis es, ut consiliarius ejus sis? Nihil enim Deum facere aut decet, aut æquum est, nisi quod ipse conveniens esse cognoverit secundum ordinem sapientias suæ. Si prophetæ complures futurorum præscientiam habuerunt, æquissimum nobis videti potest, ut Christus Dominus Matri finæ plenam, & liquidam omnium, quæ utrique erant eveatura, notitiam tribueret. Atqui Christus nec id esse conveniens judicavit, nec fecit re ipsa: nam pleraque Matrem latuisse ex sacris litteris intelligimus. Ita si eam non triduo post mortem, non ipso die, quo vivere desiit, sed alio tempore ad vitam revocare voluerit, id & sapienti, & providenti Deo conveniens fuit. Frustra igitur

(a) Par. I. Epist. Col. 455.

tur arguit libelli Auctor, cùm Ecclesiastice auctoritate negligenter, uade certissimum petere argumentum posset, in hac una congruenti ratione præsidium constituit. Non equidem negem, ejusmodi genaus argumentos ut scholæ magistris, atque ipsis a deo Sanctis Patribus esse iubatum. Sed ea semper existimari esse appendices ad argumentum positionum: quod in rebus huijmodi ex Ecclesiastice auctoritate detinunt ignorat nemo, nisi imperitus libelli Auctor.

At Concepio, inquit, sine culpa originali nulli bannitam fuisse concessa, nec nulli concedetur; cum sit propria Christi Salvatoris nostri ex Spíitu Sancto conceptus.

dimile est argumentum, quo videtur Ambrosius Assumptionem negare Deipare Virginis. In enim libro primo interpretationum moralium in Job, capite 6. de Christo loquens, Ipse, inquit, est resurreccio, ipse est primogenitus ex mortuis, in quo annis quidem prærogativa futura resurrectione accepimus. Solus tamen ipse abduc resurrectione perpetua resurrexit. Respondebat autem Cardinalis Goetus pag. 325., intentum Ambrosii fuisse, solum Christum resurrectione resurrectione perpetua jure sibi debitam, quia ipse est resurreccio, primogenitus ex mortuis, (i) causa finie resurrectionis omnium; non autem voluntate excludere, quin aliquis, (i) principud Maria Mater eius post ipsum, (i) per ipsum singulari privilegio anticiparet ad aeternam vitam resurrectionem. Quæ Gotti responsio in Diversis Virginis Conceptionem optimè consonit, ut, cùm Christi Concepio suæ pte natura peccatum excluderet, hujus itidem expensis dicenda sit Virgo Maria, non natura suâ, sed filiū munere, ac beneficio. Quod quidem genus beneficii nemo praeter Mariam fuisse legitur consecutus, cùm in veterum scriptis nemo praeter Mariam sine crimine fabricatus, aut ab humanae conspersione natura prius intactus, aut purus denique à vita principio, semperque beatus, & inculpatus appetietur.

At repugnat contraria huius. Aperte pessimum recoftorem crambicantibus. Quid si dicam Resurrectioni contrarium legem etiam oblistere, (a) Pulvis es, (i) in pulvrem revertaris?

(a) Gen. c. 3.

vis? Verumtamen quoniam nisi res est, non cum prudenti,
ac frugi Theologo sed cum logico elementario, (quid enim
bonus Theologus eam legem commemoraret?) non inutile
erit eum tanti per in-jus evocare ad alias leges interpretan-
das. *Omnis homo mendax; omnes declinaverunt;* non est que
faciat bonum; non est usque ad unum, inquit Apostolus ad
Romanos (a). Profecte dices, non pertinere ad Beatissimam
Virginem leges hujusmodi. Nam secus dicere, horrendum,
& haereticum est. Quid si legibus illis Dei Mater non com-
prehenditur, disce jam legem interpretari de Originali
peccato Mariam non necessarium sub ea lege contineri. Imitare
Tridentinum Coticillum (b), quod in decreto de Originali
peccato Mariam noluit comprehendere. Ex quo consequens
est, nec eam legem, *In quo omnes peccaverunt* (c), necessa-
riò pertinere ad Deiparam Virginem. Pudet metu la com-
memorare omnibus nota. Sed hominis hufus imperita ja-
stantia in causa fuit, ut ad hac tralatitia invitus accederem.
Age vero in ea lege interpretanda haereamus, vel potius in-
terpretem ejusdem legis Apostolum ad Hebreos (d). Igino-
sic ut per unitus delictum in omnes homines in condemnationem,
sic ergo per unitus iustitiam in omnes homines in iustificationem
vitae. Iustitiam Christi in cuncta fuisse, ut omnes homines
baptismo initiati, iustitiam re ipsa, & sanctitatem accipi-
rent, dixerit nemo. Si enim quispiam adulterus, mortali culpa
implicatus, sine ullo dolore baptismum suscipiat, Sacramenti
characterem insignitus, qui nec doleri, nec roperi potest, ma-
litiae Christi accensetur: non tamen accipit sanctitatem; cum
in eo non verus homo extutatur: neque vero ex cui potest, nisi
peccati detestatione. Sed Christum tamquam iustitiam, & sancti-
tatis auctorem jure appollamus, quod obedientia, & sancti-
tate commeruerit, ut, qui sancti facuti essent, ipius cau-

L

sa

(a) Cap. 3.

(b) Sess. 5.

(c) Rom. 3.

(d) Rom. 5.

sâ justitiam , & sanctitatem acciperent . Sic Adæ peccatum in omnes homines fuit in condemnationem , non re ipsa , ut ad omnes , qui more communis ex illo nascuntur , prorsus adhæserit ; sed ita fuit , ut qui peccato originali contaminandi fuisseat , id propter Adæ inobedientiam , atque peccatum dicerentur contrahere . Hæc verò legis interpretatio violenta non est , non contorta , non , ut ita dicere solent , accommodatitia ; sed & facillima , & necessaria , ut comparatio constare possit , quam Divus Paulus instituit inter Christi justitiam , & Adæ peccatum .

C A P U T XII.

*Bartholomæi Spinae adversus Innoxiam Conceptionem ,
Pontificem Maximum , propositiones
nefariae .*

Qua dicta sunt hactenus , ea puto valere ad reprimendum libelli Auctorem , qui Pontificem Maximum à consilio definitionis conatus est avocare : neque solum avocare , (quod esset utcumque tolerandum) sed etiam malis præfigationibus , ac propemodum minis deterrere . Nam quid aliud significant ea verba , Per definitionem , quæ petitur , surgent disputationes , tranquillitas Ecclesiæ turbabitur , alia que sequentur incommoda ? Sed mihi crede , nunquam à te , cuique similibus timebit Ecclesia . Alas in sinu , quæ vélis , portenta . Cùm enim edideris , præstò erunt bellatores fortissimi , qui ea jugulent , atque prosternant . Nunc ad reliqua pergendum est : eaque à nobis sunt refellenda , quæ secundo loco adversarius proposuit , ut Ecclesiæ non expedire probaret , quam postulamus , definitionem . Narrat ille , diu , multumque de hac re deliberatum ; nec tamen hactenus definitum Mysterium Immaculati Conceptus : Pontifices aliquot magnis Theologis imperasse , ut , quæ melior sententia videbatur , commentando investigarent : id egregios Thomistas præstitisse tanta cum laude , ut Pontificibus eam mentem injecerint , nihil esse in hac questione promovendum . Quos ille

ille triumphos canere possit; sane non video; qui probè sciam, Pontifices omnes, quos idem ipse commemoravit, Conceptionem Immaculatam privilegiis ornasse; pietatem populi Christiani erga illud Mysterium summis laudibus extulisse. Hoc maxime doleo, mentionem ab eo fieri impudentissimi auctoris Bartholomæi Spinæ, cuius auditio nomine, si me negem ad iracundiam commoveri, equidem mentias. Lege, queso, propositiones quatuordecim, quas anonymous auctor ex ejus libro decerpserit, qui est inscriptus de corruptione generis humani. (a).

1. Modus dicendi, Beatam Virginem præservatam fuisse a peccato originali, nec est rationabilis, nec fidelis.

2. Excipere ab originali aliquem propagatum seminaliter ex Adamo, est hereticum.

3. Pontifici promissa est assistentia Spiritus Sancti in rebus fidei, & regiminis spiritualis, sed cum conditione, nimur si faciat id, quod in se est, ad hoc ut dirigatur a Spiritu Sancto, procedendo secundum consilium Cardinalium, & Episcoporum peritarum.

4. Papa non potest imponere silentium Dominicanis, nec ille prohibere, ne impugnant opinionem Conceptionis Immaculatae tamquam hereticam: & si facheret aliquid tale, non facheret ut Pontifex per directionem Spiritus Sancti; sed ut singularis, & presumptuosa persona motu proprio.

5. Si Papa præcipere talis silentium, non esset amplius Papa, nec Vicarius Christi.

6. Dominicani, non obstante decreto Sicut Quarti, possunt impugnare tamquam hereticam opinionem Immaculatae Conceptionis: & quilibet servus Jesu Christi omni studio conari debet id facere, ut Pontifex tandem moveatur ad faciendum id, quod tenetur facere.

7. Revelatio, qua dedit occasionem festo Conceptionis, facta est a Satana.

8. Opera diaboli invalidus mos celebrandi festum Conceptionis.

9. Præ-

(a). Editus Venetiis an. 1533.

9. Preservanda est auctoritas Sanctorum Doctorum, confirmantium sua dicta Scripturis, auctoritati Pontificum.
10. Oppositorum Conceptionis Immaculatae est de necessitate fidei, quia unum ex principalibus fundamentis ipsius.
11. Assertores Conceptionis Immaculatae sunt similes Lutheri, id, alii, sectantis in contemptu Sanctorum, in auctoritate eorum.
12. Justissime fersan permisus Deus barefim Lutheri in persona negligenter Pontificum in toleranda sententia Immaculatae Conceptionis contra veritatem Sanctorum.
13. Assertores Immaculatæ Conceptionis sunt amici diaboli, filii gehonneæ, obtemperanti a Diabolo, impudentissimi, ignorantes, a quibus ignorantes fugere, tangunt a laqueis diaboli.
14. Preservatio Virginis ab Originali non differe ab baref Polagianorum formaliter, sed materialiter.

Quas ego quidem propositiones non sine stomacho legere soleo. Video enim in illis spirantem imaginem superbissimi hominis, & quidquid est uspiam vel sapientia, vel dignitate wonderandum, praefaci nihil estimantis. Atque ilud etiam mihi lacrymas elicit, quod magnopere vero, ne sensa illa perniciose, & nefaria, hostes acerrimi Conceptionis inter se loveant. Quorum enim Cajetano, ac Turcremarum auctorem illum adjungerent, quorsum laudibus, ac prærogatiis in postum ferrent, nisi ejus sententie, atque improba dicta cildem placerent? Sed his praetarmissis, ad inceptum rediimus.

C A P U T XIII.

Ogdomen causam Conceptionis Romanæ Pontifices diligenter
traibasse, ut jam possa definiri. Argumentum heretici Picinæ
ni contra alexandrum VII. , qui declaravit Objectum Eccle-
siastici cultus, nec tamen Mysterium definitivit, nec optimè sol-
vere, non adversarium. Prudentia Ecclesia, in cultu ad-
bibendo circa Mysterii definitionem, exemplo illustratur. Fru-
stra peti præsidium deplorare causa à Bellarmino, i[n]q[ui]s alia
audore. Puerilis conjectura adversarii de epibeta IMMA-
CULATÆ, quod in Bulla Clementis XI. est affixum Marie,
non Conceptioni. Hanc in Officio prædicari SANCTAM :
quod est excellentius. Sicut IV. , Alexandri VII. , i[n]q[ui]s Cle-
mentis XI. Constitutiones, quo ad cultum pertinente Concep-
tionis Inventionis, accurate expenduntur .

Miram, inquit, profecto, quod à congregacione pa-
citorum exspectetur definitio ex cathedra, qua reddat rem
certam certitudine infallibilis veritatis, quando hoc non expe-
dire consuetunt Pontifices omnes, etiam quando universalis Ec-
clesia erat in Conciliis generalibus congregata.

Non est profecto mirandum, in optima causa Concep-
tionis non valde multos Theologos occupari debere. Pia
tentia, q[ui] est Ecclesiæ judiciis corroborata, non eget Concil-
lio, quod occulte, ac per ambages intentat vilis homuncio. Quām est aeriter disputatum sub Joanne XXII. , ac Sixto
IV. ? Quām prudenter deliberatum sub Paulo V. , Grego-
rio XV. , & Alexandro VII. ? Hoc vere dixerim, ad eam
causam discutiendam plus laboris, ac diligentiarum collatum,
quām fieri soleat in vita, & moribus dijudicandis eorum, qui
qui Ecclesiæ decreto sunt consecrandi ; atque adeo de pla-
tentia praouictari illud posse : constare de meritis, ac
praeditis posse, quando Sanctissima placuerit, ad definitionem.
Sed et igitur pauca Theologis negotium comittere, qui
non causam perfrigeratas de integrō recognoleant ; &, an
sic definienda, in dubio revocant. sed qui duorum, que
pro-

proposuimus, alterutrum elegant; hoc est, videant inter se, ac Pontifici exponant, Conceptionis Mysterium sitne definiendum, ut res de Fide, an ut certa infra Fidem, sed certitudine aliquā infallibilis veritatis.

Primo, inquit, hæc definitio non expedit Ecclesiæ. Non rurunt omnes orthodoxi Theologi, inter principia, seu locos Theologicos, quibus Ecclesia utitur in stabilendis veritatibus, tñ profligandis erroribus, enumerari illud, quod nuncupatur auctoritas Patrum. Hoc totis viribus enervare conantur heretici, Lutherus, Rivetus, Dallous, & novissime Picininus. Unum ex argumentis, quo illud impugnare nituntur, est sententia quasi concors Patrum contra definitionem Ecclesiæ (sic illam vocant) in punto Conceptionis Virginis; & afferunt catalogum Patrum.... & tamen hoc non obstante, dicunt, quod Ecclesia definit contrarium. Quod probant inanibus rationibus; inter quas una est, quia permittit, & præcipit celebrari festum Conceptionis. Ergo, dicunt, auctoritas Patrum, utpote discors à definitionibus Ecclesiæ, non est locus Theologicus. Ita Rivetus suum tuetur errorem, & Picininus in sua Apologia, & in Triumpho debaccatur, existimans per celebrationem fasti Conceptionis fuisse definitum Mysterium. Hinc insultat Alexandro Seprimo tanquam sibi contradicente, ex quo in sua Constitutione dicat, se nolle Mysterium decidere, & postea approbando festum, illud decidit: hoc est, impudenter agit, decidere, & non decidere; non decidere verbis, & non decidere factō; quod est sibi contradicere. Huic hereticorum obiecto concors Theologorum responsio est, quod quamvis Ecclesia adhærat opinioni dicenti, Virginem fuisse sine culpa originali conceptionem, tanquam probabili spic, & religiosa, nunquam tamen Mysterium definitivit, usi Pontifices omnes in suis Constitutionibus protestantur. Quare auctoritas Patrum in suo robore perseverat; quia adhæsio pice sententia non est ejusdem definitio.

Magnifica vox, sed non perinde vera; immo & falsissima. Et ab non seno capite temere, insolenterque jactata est quod est antea demonstratum à nobis; cùm audaciam istius; & in Patribus nominandis jactationem superbam retunderemus; ut illud Græci scriptoris multa esse. Verius intelligamus;

mus.

Ovidius et magistri eiusdem dūcuntur hanc vñp̄am: "Aīn' ē oū gavp̄as, tēg's i' r̄p̄o: i' y'λoū".
 Deinde ex iis verbis confidentiam libelli Auctoris, qui
 se p̄itiat Ecclesiæ judicium, mentemque affequi diuinando,
 facile agnoscas: *Ecclesia adh̄aret opinioni dicenti; Virginem*
fuisse finē culpa originali conceptam, tanquam probabilem. In re-
 bus Fidei, Religionis, ac Morum, cūm omnes Patres aperte
 repugnat, non licet sequi opinionem tanquam probabilem.
 Nam quā probabilis esse possit, quā omnium Patrum certo
 iudicio explosa sit? Doctrina enim omnium Patrum est. Ec-
 clesiæ doctrina, quam Ecclesia, nisi se neget, negare non
 potest. Negaret autem, si doctrinam oppositam esse proba-
 bilēm judicaret. Quod igitur facere privato nemini licet,
 id Ecclesiæ tribuere nefas est. Quod vero inquit, omnes
 Theologos ita sentire, tam est temerarium, quam liquidō
 constat, piam sententiam in orbe terrarum jam triumpha-
 re, & qui eam defendunt, habere in promptu, quod affe-
 rant ad hæreticos refellendos. Ajunt ergo, cultū Objecto
 iam designato per Alexandrum Pontificem, ab Ecclesia te-
 neri sententiam piam, non tanquam probabilem, sed tan-
 quam certam, atque adē certam, ut ei falsum subesse non
 possit: idque concludunt argumentando: Quod ipsi tamen
 evidenter, concludunt, fatentur non esse definitum; ideoque
 non appellandos hæreticos, qui secus tenent: certam jam
 esse piam sententiam Theologicā conclusione, non Ecclesiæ
 definitione: eam negare conclusionem non esse hæreticum;
 sed erroneum; prōpterea quia hominis ejus propositio, qui
 Mariam negaret originis labē caruissimē, pr̄sumeretur ex ju-
 dicio errore procedere, nimirum quod Ecclesia universalis
 proponeret B. Virginem sub titulo falso colendam, ut Gottus ait
 Cardinalis: Ecclesiam sibi non repugnare, dum cultum ad-
 habet Conceptioni juxta piam sententiam, qui sane cultus
 fallax esse non potest: ac simul declarat, Conceptionis My-
 sterium nunc se nolle decidere. Ut autem ostendant, hæc
 non esse pugnantia, memorabile exemplum Ecclesiæ veteris
 afferunt: Ecclesiam pro certo habuisse jam inde ab hæresi
 Pelagianæ primordiis, Ad initium Fidei, ac bonas voluntatis,
 Dei gratiam requiri; quod eam publicè Christiapi pete-
 rent,

rent, non solum ad opus dogmatis exequadam, sed etiam ad boni cogitationem: nec id tamen, quod Massilienses negabant, ante annum Christi 529. definire voluisse: in ea vero cunctatione Ecclesiae consilium fuisse, ut exploraret, presentne filii eritiore via, & facilitate ad sanitatem revocari; hoc est Ecclesie proposita consuetudine: sed eam tandem definitione opus esse consuisse, quod filios videret scientes, ac volentes in taneo lumine cœcutire: id ipsum factum in Conceptionis causa Ecclesiam Catholicam: consilium ipsius in hoc Mysterio colendo satiz esse explicatum: id si Theologi pertinaces improbe pergent, interpretari, et denique pervertendum, ut Mysterium definiat. Nunc acumen libelli Auditoris insolvendo Picinini argumento videamus.

Ad objectum Picinini insultantis Pontificem, & deridentis Theologos, respondit primo Bellarimus, qui sibi idem argumentum objecit tamquam ab hereticis illius temporis aduentum, offendendo celebrationem festi Conceptionis non esse definitionem Mysterii, hisce verbis tomo 2. controver. lib. 3. cap. 16. fundamentum hujus festi precipuum non esse Conceptionem Immaculatam, sed simpliciter Conceptionis Matris Dei futuræ. Qualiscumque enim fuerit illa Conceptio, eo ipso, quod Conceptio fuit Matris Dei, singulariter gaudium assert mundo ejus memoria. Tunc enim primùm habuimus certum pignus redemptionis; præsertim cum non sine miraculo ex Matre sterili concepta fuerit. Itaque hoc festum etiam illi celebrant, qui putant Virginem in peccato conceptam. Ex quo clarissime confitat celebrationem festi longe diversam esse à definitione Mysterii.

Sed Bellarmiⁱni testimonium hoc tempore afferre hominis est in pessima causa desperantis. Nam quid eum post Alexandri decretum vir talis, ac tanti juvare potest auctoritas? Scriperat hæc Bellarminus, diemque suum obierat, cum Alexander Septimus, proposita vetere Christi fidelium pietate fessientium, B. Marie animam in primo infusionis in corpus & macula originalis fuisse præservatam, ita decrevit: Nos volentes laudabili huic pietati, & devotioni, & fæto, & cultui secundam illam (piam

(plam sententiam) exhibito, in Ecclesia Romana post ipsius cultus institutionem numquam immutato, favere doc. Ilisque penas interminatur, qab Apostolicas Constitutiones, editas in favorem pia Sententiae, & festi, ita pergons interpre-
tari, ut favores per illas collati dñe soncentia, ius festo,
sua chlki secundum illam exhibito frustrantur. Hoc judi-
cium Apostolicae Sedis sequendum est; hoc sequeretur, si
viveret, Bellarminus: ut mirari jam subeat, hac etate
Theologos inveniri, qui perversae opinioni à gravissimo au-
tore præsidium peccant. Licut olim hic scribere Bellar-
mino, cum de cultu Objecto Catholici viri magna opere di-
ferebant. Nunc, Objecto iam designato, qui velit adhuc
ad Bellarminum configere, periude faciet, ut Milonius
ille Horatianus, qui temulentia in furorem actus saltare lo-
itus erat,

Accessus servorum capiti, numerusque lucernarum.

Quid, quod Bellarminus tomo 4. contr. lib. 4. de amiss. gra-
tia cap. i 5. quod antea dixerat, emendavit; & quæ popu-
li Christiani de Mariæ Conceptu sensentia esset, verbis cla-
rissimis indicavit? Taxis, inquit, ferd orbis Christianus ce-
lebrat festum diem Conceptionis Virginis Mariae, eamque Con-
ceptionem Immaculatam vocat.

Pergit auctor libelli, & quod venenum opinionis ab-
surdæ jamdiu pestore coactinebat, tandem aliquando pre-
fundit: Officia, Missæ, ius festa non semper celebrantur ab
Ecclesia in argumentum fidei, sed celebrantur etiam in testi-
monio, ius professionem pietatis. Quot festa B. Kieginis ce-
lebrantur per annum? Usque ad decim: In septem exameran-
tur in Ordinario Romano; Igitur tamen quis dicat festa Rosarii,
Carmeli, Sanctæ Marie de Mercede doc. immo ius festum Pra-
sentationis designaro, illa Mysteria esse de fide & Hinc Nazalis
Alexander faciendo i. differ. t. 6. paragraphe 2. crudite adver-
tit, in quibusdum antiquis Mysteriologiis, Romano, Illyriano
Ius Adonis, indicari festum Conceptionis St. Joannis Baptista,
quith est hoc dici queat; Sanctum Joannem fuisse sine culpa ori-
ginali conceptum. Poterit ergo celebrari festum Conceptionis
Mariae, præcisæ definitione Mysterii. Decipiuntur ergo heterodoxi

arguendo definitionem Mysterii ex celebratione ejusdem festi.

Hic Rhodus, hic saltus. Cultum sacrum à Pontifice præscriptum, ab Ecclesia receptum, & usitatam, non esse modò pietatis professionem, sed etiam Catholicæ Religionis, D. Thomas, ceterique Theologi consensu docent. Quod hostes ipsi Conceptionis Innoxiae ante decretum Alexandri Septimi fatebantur. Ajebant enim, quidquid Ecclesia celebret, id esse verum, & sanctum, propterea quia festorum dierum celebritate Christianam Fidem profiteamur; sed Objectum celebritatis in Conceptione Mariæ non esse primum momentum creationis ejusdem. Nunc, pallio mutato, cùm se intelligent Objectum hujusmodi negare non posse, D. Thomam, Theologos veteres, auctoritas suos, Ecclesias consensum, totamque adeo antiquitatem oppugnant. Ego vero non haec gravium Theologorum inventa, sed sophistarum deliramenta esse probavi. Nunc illud adjungam, non levipœnâ esse plectendos, qui nescio qua incertæ pietatis professione contenti, hanc in publico cultu ab Catholicæ Fidei professione disjungi posse contendunt. Sed commentum hoc suum non satis aperte agit in scenam libelli. Auctor; nec, quod proponit in argumento, confirmat; sed aliud assumit, quod & facile à nobis impertrabit, & ad illud probandum minimè pertinet. Propositio erat: *festa non semper celebrantur ab Ecclesia in argumentum fidei.* Hoc ut ostendat, illud assumit: *quis dicet, festa Rosarii, Carmoli, &c. designare illa Mysteria esse de fide?* Quod est perinde, ac si ita colligeret argumentando: quæ coluntur Mysteria Carmeli, & Rosarii, non sunt de Fide: ergo non semper festa celebrantur in argumentum, & professionem fidei Christianæ. Hoc autem nugari penitus est, non Theologis more argumentari. Damus, illa Mysteria, hoc est Objecta festorum propria non esse de Fide, ut in scholis loqui vides est; nempe Ecclesiæ judicio definita non esse: tametsi eadem certa sunt, atque ita certa, ut eis falsum subesse non possit. Sed quis Theologus recte colligat, honorem, & cultum, quem iisdem Mysteriis adhibemus, non esse Fidei Christianæ testificationem? Est profectò, eritque semper, dum manebit Ecclesia, invito licet, ac repudi-

gnab-

gnante libelli Auctore, qui, quod attuli ex D. Thoma argumentum (a), velim attendat. In hoc enim,
fragili quærens illidere dentem,
Offendet solidum.

Hæc autem professio Religionis, ac Fidei, fallax esse non potest; cùm honorem sacram, & cultum, in quo potissimum illa consistit, Ecclesia omnis exercet. Atque hæretici quidem in eo fallantur, quod ex hac tanta celebritate Conceptionis Innoxiae definitionem concludunt. Nec enim mentem Ecclesiarum possunt cognoscere. Nos certè non fallimur, qui, quod cotitur ab Ecclesia universa, falsum esse non posse judicamus. Objectum igitur omne festorum dierum, quod unumquemque constituit, ac distinguit à ceteris, omnino verum, & sanctum est. In Rosario peculiare objectum habemus veritatem cùjusdam formulæ orandi, quæ quindecim Angelicarum salutationum decades, oratione Dominicâ interjectâ, distinguimus, & ad earum singulas totidem nostræ Reparationis Mysteria meditando resolvimus. Hanc autem formulam esse sanctam negabit nemo; ne ipse quidem negare potest libelli Auctor, nisi se velit à contubernaliibus suis malè multari. Idemque dicas de ceteris. Sed hoc Rosarii præcipuum est, quod illa formula orandi, quæ festi ejus objectum dicuntur, ad Mysteria quindecim referatur, quorum tredecim de fide sunt, duo postrema, hoc est Assumptio, & Coronatio Mariæ, cùm illa cœli, terrenaque Regina creata est, omnino sunt certa, sed non de Fide, hoc est expressè non definita. Quamquam ea, quæ velut pietatis adjumenta pertinuntur ad rebus gestis, & in Officio illius fæti narrantur, non sequè sunt certa; sed illis tamen Objectum verum, ac proprium celebritatis non constituitur.

De Conceptione Joannis Baptistarum quæ sunt objecta ex Natale Alexandri, nihil me movent. Nec enim in festis diebus solus titulus deber attendi; sed quid illorum Officia concineant, inquitendum. Baptista, ut à Grecis recolitur, Con-

(a) *Vide sup. cap. 23.*

Conceptionis memoriorum eum titulum habet; sed ex Officio perspicuum est, Apparitionem Angeli ad Zachariam, ejusque magna promissa de futura Baptizatae Conceptione, sanctitate, ortu, factisque mirandis, sub eo nomine celebrari. Porro haec apparitio non ipsa per se, tam propter illa propria, & sancta fuit, & dignum primis Ecclesiaz cultu. Ad eum modum Martyrologia Latina Conceptionem habere potuerunt tituli loco, quamvis elogium, quod titulo adjungitur, explicaret Apparitionem. Quod si etiam Baptizatae Conceptionem, que Angelicum nuntium est consecuta, quædam Ecclesiaz celebriaverunt; erat etiam in illa, quod jure sanctum haberi posset; nempe Dei beneficium, qui pretergressus naturæ leges id fecerit, ut a sterili spemina semen viri conciperetur ætate devexa. Sed in Deiparae Conceptione quod collimus, non est ejuusmodi beneficium. Majus est, ac longe præstantius beneficium, quod Ecclesia jubente celebramus, hoc est, animæ Puritatem ab Originis labe, cum in corpus includeretur. Hæc, docente Alexandro, sola res est ad cultum proposita: hanc jussu Clementis non aliqua Ecclesia singularis, sed omnis populus Christianus ritu solemnii veneratur. Ex quibus efficitur, quamquam Mysterium Conceptionis Innoxie non sit hactenus deficuum, tamen ex festi celebritate, cuius Objectum notatum est, veritatem Mysterii demonstrari.

Cardinalis Gotti in suo opere Italico, cui titulus, La vera Chiesa, ut Picinorum in sua crudelias confundat, utrus responso Cardinalis Bellarmini, hoc adverrit pro confirmatione, quod Clemens XI. in Bullæ, qua sanxit festum Conceptionis celebrari de præcepto ab universis Christi fidelibus, ne diceretur per illam decidisse Mysterium, & non in idem venire infinitatem festi, & definitionem articuli, apposite titulum. Constitutionis sic disposita: Ut festum Conceptionis B. Mariae Virginis immaculatae, præcepto ubiq; in posterum observeatur. Ubisq; animaduertendam, non dixisse, ut festum immaculatae Conceptionis, sed ut festum Conceptionis B. Mariae Virginis immaculatae: ut ostenderet, verbum immaculatae non cadere supra Conceptionem, sed supra Virginem Mariam, confirmando, quod diximus, festum esse quid distinctum ab articulo.

Hinc

Hinc notanda est particularis notitia, quod cum extra Urbem in quadam Italia civitate impressa fuisset Constitutio ordine inverso, nempe sub hoc titulo, ut festum immaculatae Conceptionis B. Mariae; indoluit Pontifex: Ig[ne] sub die 12. Octobris 1709. loci Ordinariae commissi, ut scriter moneret illos, qui huic alterationi dederant manus, Ig[ne] iustit fappriani impressionem vitiatam.

Atqui si viveret Picininus, meritò Gottum, (id quod tanti viri pace dixerim) & si quis alias hac responsione ute-retur, posset ridere. Diceret enim, Alexandrum Septimum declarasse, quod sit Objectum Ecclesiastici cultus in Concep-tione, hoc est, esse Deiparæ Præservationem ab Originis labo; eique cultum semper delatum ab Ecclesia Romana. Vel ergo Pantificis, & Ecclesiae Catholicae judicium con-temnit; vel si hoc facere nefas arbitramini, non potestis jam dicere, quod antea dixerat Bellarminus, *fundamentum bujus festi præcipuum non esse Conceptionem immaculatam, sed simpliciter Conceptionem Matris Dei futura*. Cùm itaque in Bellarmini responsione ridiculum sit collocare præsidium; age, mecum respondeas Picinino, Riveto, Dallio, cæte-risque pestibus Ecclesiae Catholicae: Sanctos Patres antiquos, & recentiores intemeratae Conceptioni Mariæ non adver-sari; multos etiam conceptis verbis favere: ita locum Theo-logicum ab auctoritate Sanctorum Patrum esse constantem: Ecclesiam colere Præservationem Deiparæ ab Originis labo, In eaque re falli non posse; nece tamen cultum Ecclesiae esse re ipsa definitionem. Hoc debet hæreticis respondere bonus Thomista; non eludere Alexandrinum decretum: non in-ficiari, quod Pontifex Maximus verbis illistribus affirmavit. In quo niuperus libelli Auctor Gravina sum non imi-tatur, qui sincerè professus est, piam sententiam tūm demum veram existimandam, si Pontifex aliquis Præservationem Deiparæ ad cultum proponeret. Scriptit autem Gravina cen-tum ferè ab hinc annis, antequam Pontifex Alexander ejus-modi Objectum designaret. Cuju[m] auctor is h[ab]et verba sunt-tomo secundo Catholicarum prescriptionum, quæstione 6., artic. 6.: Proferant adversarii absolute cultu, tamquam ad ad primarium abjectum, Beatam Virginem propositam immacu-

latum, Ig. preservatum; Ig. causa finita est. Primum autem objectum illud intelligit, quo Conceptionis festus dies constituitur, & quo moveatur ad grates Deo per solvendas beneficia collato in Deiparam Virginem. De hoc enim Objecto pertinax erat controversia aetate Gravinae; cum Mariæ Præservationem Objectum esse Ecclesiastici cultus Nostræ contendenter; ille cum suis admodum paucis Expiationem à culpa, quam illa contrarerat, esse cultus Objectum arbitrio retur.

Ad ea vero, quæ secundo loco attulisti, ita respondeo: pueros esse elementarios, qui in epitheto *Immaculata* nugas velint: Ecclesiam ex vetere instituto semper illud attribuisse Mariæ, ut eam puram significaret non modò à sordibus animæ, sed etiam corporis; adeoque Pontifices ipsos, antiqui moris retinentissimos, censuisse. Non esse epitheton loco movendum: Clementem XI. ad eam planè consuetudinem respexit, cum ita præcepit; ut festum Conceptionis B. Mariæ Virginis *immaculata* ubique in posterum observetur: in Officio Ecclesiastico Conceptionem Deiparae *Sanctam* vocari; & epitheton *Sanctam* non modò idem significare, quod aliud epitheton *Immaculatam*; sed beatitudinem, ac præstantiem Divinæ Matris conditionem, ac sortem: nec enim solam puritatem à crimine, quam quis homo habere posset in pura natura, sed etiam dona Divinæ gratiæ illo vocabulo designari. Quod si ex *Sancta Conceptione*, cultuque ejus non immutato, vocibusque similibus, quæ in officio Ecclesiastico, & Alexandri decreto passim leguntur, haud recte colligas, esse articulum Fidei Immunitatem Mariæ; ita si verba Clementini diplomatis essent hujusmodi: Ut festum *Immaculatae Conceptionis* dicitur, non tamen his verbis definitio Mysterii continetur. Apertam dico & expressam definitionem, & qua populus Christianus doceri posset, Immunitatem Mariæ ad Fidem Catholicam pertinet. Itaque est hominis conjectura fallaci tenuere utentis, non Theologi more disputantis, cur epitheton illud *Immaculata* sit affixum Mariæ, non Conceptioni; eam causam afferre, ne diceretur Clemens XI. decidisse Mysterium Conceptionis Innoxie. Ut enim boni Theologi hoc recte dicunt, non esse articulum Fidei Im-

mu-

munitatem Mariæ, sed veram tamen, quod in Officio solemni *Sancta Concepio* prædicetur, quodque Alexander affirmet, cultum semper eundem perieverasse, quem Sixtus instituit, à quo Christus *Mariæ præservator*, & ipsa *Concepio* non semel vocatur *Immaculata*, *dignumque ac debitum*, quod illi hoc nomine præstaretur, obsequium; ad eum modum si Clemens XI. epithetum illud *Immaculata* (quod necesse non fuit) *Conceptioni* addidisset, non articulum Theologus esse factum putaret, sed veritatem hujus Mysterii, quæ necessariâ conclusione aliunde colligitur, hoc etiam exemplo comprobaret. Sic enim Theologi aliunde conficiunt: Sixtus IV. instituit, ut Ecclesia Romana Divæ Virginis coleat Immunitatem, edito Officio tantam Virginis laudem & ornamentum prædicante; populumque Christianum, ut libenter id faceret, (non enim voluit imperare) indulgentiis propositis invitavit. Sed cum illud Officium commutatum fuisset à Pio V., quidam Theologi, si unquam aliás, tum multò magis cavillari cœperunt, non esse cultū Objectum Immunitatem. Alexander VII. declaravit, eum cultum Mysterii, quem Sixtus IV. instituit, nunquam esse immutatum in Ecclesia Romana. Quid, quod ipie Alexander, quem cultum docet non esse mutatum, euadem testatur ad celebrandam Immunitatem esse institutum? Prorsus enim Sixtus IV. eum cultum instituit, quem suis illis Constitutionibus unum commendavit. Atqui, teste Alexandro, nonnisi cultus Immunitatis à Sexto Pontifice est commendatus. Lege Alexandri testimonium. *Vetus est Christi fidelium erga ejus Matrem Beatissimam Virginem Mariam pietas sentientium, ejus animam in primo instanti creationis atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratia & privilegio à macula peccati originalis præservatam immunem, atque in hoc sensu ejus Conceptionis festum solemniri colentium & celebrantium crevitque eorum numerus, atque hujusmodi cultus post editas à felicis recordationis Sexto Papa IV. Prædecessore nostro in ejus commendationem Apostolicas Constitutiones.* In ejus, inquit, commendationem, qui Mariæ *Præservatæ* & *Immuni* deferretur; non cultus diversi, quem Sophistæ nonnulli somniarunt. Nec alias omni-

no Constitutiones vidimus unquam ; quibus aut Sixtus, aut Pontifices alii diversi generis cultum commendarent . Clemens XI. veterem cultum Immunitatis amplificavit , voluitque adhiberi ab omni populo Christiano ; decessorum videlicet religionem , & in Virginem studium æmulatus , qui decretis edendis eam maxime laudem sunt consecuti ; seque illa præ oculis habere omniz significavit , cum eorum exemplum sibi ipse proposuit imitandum . Commissi , inquit , Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus Officii exigit ratio , ut gloriofissimæ Virginis Dei genitricis Mariae , cuius Concepio gaudium annuntiavit a niverso mundo , venerationem dñi cultum , plurium Romanorum Pontificum Prædecessorum Novariorum more , ampliare studentes in terris , illius , quæ super Chorus Angelorum exaltata , pro populo Christiano sedula exortatrix apud eum , quem genuit , assidue intercedit in Cœlis , potentissimam opem , in tot tantisque , quibus premur Christianæ Reipublicæ , dñi Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus , quantum . Nobis ex alto conceditur , promereri jugiter satagamus . Tandem decernit , Festum Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatae ubique terrarum in posterum ab omnibus dñi singulis utriusque sexus Christi fidelibus , sicut alia festa de precepto , servari . Atqui Ecclesia universa falli non potest in publico cultu ad Religionem pertinente . Certa igitur est Deipara Immunitas , quam omnis Ecclesia veneratur . Si Clemens XI. epithetum illud Immaculatae Conceptioni addidisset , argumentum suppeditasset , non necessarium , sed utile tamen ad nugaces Sophistas magis ac magis reprehendos . Quibus dicere possent sapientes Theologi , Quod Sixtus IV. instituit , & Alexander diserte confirmavit ; id à Clemente non ampliatum modò , sed paucis temere blate- tantibus inculcatum .

C A P U T XIV.

*Libelli Auctoris audacia deterrentis Pontificem a definitione My-
sterii, ne periculū faceat suā auctoritati. Ecclesiā, quā cultum
deserat Conceptioni juxta sententiam dī Immunitate, censere, eam
convenire cum dictis Patrum, Librorumq; divinorum. Judicium
Patrum Basileensium prorsus idem fuisse etiam ante diffidium.
Natalis Alexandri, Philippi Labbei, Edmundi Martene, de
insigni decreto Basileensi, ejusque approbatione judicium.
Notatus error Lampridii de Concilio Avenionensi, ejusque
decretis.*

Antequam Pontifex de aliqua re, quæ proponitur definienda, judicium ferat, serio, inquit, & diligen-
tissime sive per se, sive per suos Theologos assessores examinare consuevit, an articulus definitus sit conformis illis duobus principiis sacrae Scripturae, & traditionis, an concordet cum doctrina Ecclesiae, & Sanctorum; & tunc tuto, & securus procedet, poteritque ex cathedra pronuntiare decretum. At Mysterium Immaculati Conceptus Mariae, quamquam bucus que sit habitum tamquam pium, laudabile, & religiosum, numquam tamen post tot saeculorum cursum fuit approbatum tamquam conforme Scripturae, & traditioni: ideoque Pontifices omnes, & Concilia hucusque definitionem continuerunt, ne illorum infallibilitas dubietati succumberet, & in controversiam veniret. Quare dicendum, definitionem facere non expedire Pontifici, eo vel maxime hisce miserrimis temporibus, in quibus heterodoxi omnes, & Theologi suspecta doctrinae continuo banc auctoritatem pulsant, & tamquam scopum ad sagittam exponunt.

Vides hic denuo, non Catholicum hominem juris, & æqui studiosum, sed astutum politicum, qui Pontifici Maximino persuadere conatur, non esse faciliendum periculum suæ auctoritati: non enim defuturos, qui eam oppugnant, si piam sententiam definierit. Sed, quod est flagitosius, Conciliorum, ac Pontificum mentem divinando interpretatur, cum ita disserit, Pontifices omnes, & Concilia definitione

supercedisse, ne illorum infallibilitas dubietati succumberet. Hancne mentem illorum, & consilium fuisse, fas est cogitare? Quorsum enim Objectum celebritatis indicassent; quorsum Festum solemne instituissent, si veriti essent hæreticorum criminationes, atque ludibria? Quippe hæretici hoc etiam nomine rident Ecclesiam Romanam, quod instituerit Festum solemne Conceptionis Mariæ. Atque Clemens XI. nihil non ab eorum temeritate sibi expectandum jamdiu animo providebat: nihil hæreticis tam esse proclive, quam maledicta, & contumelias emittere in omnes ritus Romanorum. Præterea (nam hoc exemplum etiam atque etiam premendum est) si quis Patribus Arausicanæ Synodi secundæ id consilium deditisset, ut Semipelagianos in errore versari paterentur, quorum in numero viri magni censemabantur; eamque causam attulisset, ne illorum infallibilitas dubietati succumberet, ut verbis utar libelli Auctoris; satis esse possesa tenere, hoc est recitare ex Ecclesiæ instituto Publicas preces, quibus auxilia Divinæ gratiæ pertuntur ad initium fidei: si quis, inquam, id consilium dedisset, essetne commendandus? At, dices, errabant Semipelagiani; ideoque definitione cōercendi fuerunt. Tu quoque erras cum tuis paucis, teque in erronea opinione versari, argumento probavi prorsus invicto. Errabant illi, propterea quia ex lege supplicandi, quod inde sequitur necessarium, non collibegant; hoc est, Dei gratiam requiri ad initium fidei. Errasti vehementer, quod ex publico cultu Immaculati Conceptus illud consequens esse negas, caruisse Mariam originali peccato.

Age vero, mendacium illud refellamus, quo velut ex tripode asseveranter pronuntias, *Mysterium immaculati Conceptus, quamquam bucusque sit habitum tamquam pium, laudabile, & religiosum, numquam tamen post tot sacerdotiorum cursum fuit approbatum tamquam conforme Scripturæ, & traditioni.* Nihilne dicam de Concilio Basileensi, cui pia sententia visa est esse Divinis litteris consentanea? At enim non Concilium erat, sed errantium conventiculum, cum ista decrevit. Erat enim exemplomalo sejunctum à Romani Pontificis auctoritate. Concedo. Sed tamen sunt, qui de-

defendant, Pontifices aliquot, in quibus maximè Nicolaum Quintum, ejus Concilii comprobasse decreta, exceptis iis, quæ ad Summi Pontificis auctoritatem labefactandam pertinerent. Existimant alii, quæ Basileenses post ortum dissidium decrevere, prorsus omnia rescissa in quinto Concilio Lateranensi. Nolo in re controversa quidquam decernere. Sed nihil prohibet, eos viros, quanquam animi improbitate à Pontifice recesserint, doctrinâ gravissimos appellari. Sic ergo constituo, non eorum judicium de Conceptione, quod nullum esse tum poterat, existimandum, sed receptæ doctrinæ, & in orbe Catholico dominantis, testimonium. Deiparam igitur Immunem fuisse ab originis labe; atque id esse Divinis litteris consentaneum, insignis erat Ecclesiæ vox, etiam ante dissidium Basileensem; erat Antistitutum, Ecclesiarum, doctorum; erat populi Christiani, modò quosdam excipias è familia Prædicatorum, qui vocem Ecclesiæ non magis poterant debilitare, quám Ægypti provincia in causa Euthychis, & Dioscori. Ut enim Ecclesia Dei provinciâ Ægypti major est, in fide dignior, (quod ejus provinciæ decem Episcopis, qui subscrivere epistolæ Magni Leonis recusabant, ait Acacius) ita quibusdam Dominicanis. Quid, quod Concilium Avenionense, præsidente Calixti Tertiī legato, approbavit Basileense decretum verbis amplissimis? Pium, in salubre, ait Natalis Alexander (a), Concilii Basiliensis de Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione decretum suscepit, atque observare statuit Avenionense Concilium. Hujus acta Concilii numerus auctor Antonius Lampridius in dubium vocat (b) propterea, quia frustra sunt conquisita à Labbeo diligentissimo viro, malique testis auctoritate niantur Hippolyti Maracci, quem nihili faciat idem Lampridius. Si tamen iste vel Natalem legisset, vel Edmundum Martene (c), vel Tomum deci-

mum.

(a) Sæc. 15. In 16. dissert. 8. art. 5.

(b) Pag. 77. Operis de superstitione vitanda.

(c) Tomo 4. Thesauri Novi Anteceptorum pag. 379.

mum nonum Conciliorum, quæ nuper Venetiis edita sunt, non hoc ferre judicium talis ac tantus eruditorum antistes potuisse. Ita enim res habet. Labbeus non solum meminit ejus Concilii, sed decreta vulgavit numero sexdecim, ita prætatus. Avenionense Concilium pro restituzione disciplina Ecclesiastico celebratum, præside Petro de Fuxo Albanensi Episcopo S. R. E. Cardinali, Archiepiscopo Arlatensi, & Legato Avenionensi. Dicitur extitisse in biblioteca illustrissimi Episcopi Vaisonensis, ejusque fit mentio in Purpura Marianæ R. P. Hippolyti Maracci Clerici Regularis mibi pagina 369. Quare hic paragrapbos sexdecim exhibebimus, donec integrâ illa acta nancisci licuerit. (a) Post Labbeum Martene, vir, si quis alius, eruditus & probus, vulgavit octo supra viginti. e MS. exemplari Ecclesiæ Avenionensis. Nonus autem sic habet. Præterea decretum in Concilio Basiliensi factum de Conceptione Beatisime Virginis Mariae statuimus inviolabili- ter observari, districte omnibus inbibendo sub excommunicâtionis pena, ne quisquam aliquid in contrarium prædicare, vel publice disputatione præsumat. Quod si secus aliquis fecerit, dicam sententiam eum incurrisse volumus ipso facto, & in prima synodo per diæcesim per quemlibet celebrandâ prædicta statutus prædictari, & Curatis Ecclesiarum injungi, ut hæc populo manifestent. Hoc ergo Concilium, in quo decretum Basileente probatum est, non unum testem Maraccium habet, sed alios præterea gravissimos viros, quos Antonius Lampadius legere potuit. Romani Pontificis ei Concilio non auctoritas defuit; non est idem reprobatum; non ejus acta latere Pontificem potuerunt. Ergo sciente, & contentiente Pontifice scitum est à provinciali Concilio, piam sententiam esse Scripturæ consentaneam. Deinde quis te fecit interpetrem Ecclesiæ Catholice, qui, quod est ab illa probatum, non esse dicas probatum tamquam conforme Scriptu- re, & traditioni? Non lego, inquis, hæc verba in tot Bullis Pontificum Maximorum, non in decreto Concilii Tridentini. Sed ut hæc legeres, necesse non fuit. Quam multa decreta Conciliorum eâ formulâ carent, quæ, quod in

(a) Tomo 19. editionis Venetæ Conciliorum pag. 183.

in Fidei, Morumque rebus decernitur, id esse dicat *conforme Scripturæ, ac traditionæ?* Dicas igitur licet, iis decre-
tis multa fuisse constituta, sed non tamquam *Scripturæ, ac
traditioni consentanea*. Quo nihil sanè dici potest absurdius.
Quidquid enim in iis rebus decernit Ecclesia, id esse debet
horum alterutri *consentaneum*, quamquam *disertè* non ex-
plicetur. Nam potest colligi argumentando. Non ergo ne-
cessè fuit, ut illa decretæ, quæ Virginis favent Immunita-
ti, disertis verbis haberent, *piam sententiam esse conformem
Scripturæ, & traditioni*. Hoc enim satis argumentando
colligitur in hunc modum: In rebus, ad Mores instituendos
pertinentibus, Ecclesiam falli non posse, & verissimum est,
& sacræ Scripturæ *consentaneum*: colit autem Ecclesia Im-
munitatem Deiparæ; ilque cultus ad Mores pertinet: in eo
igitur Ecclesiam falli non posse, & verissimum est, & sacræ
Scripturæ *consentaneum*. Quòd si falli non potest, conse-
quens est, certam esse Deiparæ Immunitatem, & in Sacra
Scriptura fundamentum habere. Eandem probatam esse ab
Ecclesia, tanquam *veterum Patrum Traditioni* *consenta-*
neam, hoc modo conficitur: Hujus temporis Ecclesia ea-
dem est, ac primorum sæculorum Ecclesia, à quibus ori-
tur ipsa Traditione: sed hujus temporis Ecclesia, cùm publi-
ce colat Immunitatem Deiparæ in Conceptione, hanc ipsam
indicat contineri sub iis veterum sententiis, quæ genera-
les sunt, ac Virginem habent prorsus Immunem ab omni
peccato: ac tu sanè privatus homo non potes ab iis senten-
tiis Conceptionem eximere, quam sub iisdem contineri Ec-
clesia testatur publico cultu: Immunitas igitur ab originis
peccato approbata est ab Ecclesia, tanquam *veterum Patrum
Traditioni* *consentanea*. Deinde si nulli Patres vetustioris
Ecclesiæ labem originis nominatim adscribunt Deiparæ
Virginis; si eam multi, quorū aliquot loca prolata sunt,
palam excipiunt ab lege communi; quæ, malum, demen-
tia est, hoc p̄fractè negare, Vetustioris Ecclesiæ esse le-
gitimam Traditionem, quam hujus temporis sequatur. Ec-
clesia in cultu adhibendo?

CA.

C A P U T XV.

D. Thomæ Aquinatis loca pro Conceptione Innoxia. Locum ex Tertia Parte, quem libelli Auctor ostentat, ad rem fatentur non pertinere nobilissimi Thomistarum. Ecclesiæ sententia, Immunitatem colentis, incepit componitur ab adversario cum sententia Gratia per se efficacis. Si id est verum, quod colit Ecclesia; ab ea Patres non dissident in Conceptionis causa: & qui secus dixerit, calumniatur.

HÆc definitio, inquit auctor libelli, non videtur expidere singulis Christi fidelibus. Pax, & concordia tota conatu est inter fideles servanda: ab ipsa omne bonum... Si daretur definitio ex cathedra statuens sententiam Immaculatæ Conceptus certam etiam infra fidem, sed tamen cum certitudine infallibilis veritatis; quis cobiberet linguas malignantium, ne ferent gladius acutus, & evomerent conviciorum venena contra quoscumque, qui hucusque impune sententiæ contrarie adhaeserunt, sive sint Sancti Patres, sive doctores Ecclesiæ, sive scholarum magistri, sive Ordines religiosi de Ecclesia benemerentes?

Vetus carmen. *Desine, quæso, te ludendum proponere sapientibus. Noli fluctus in simpulo excitare. Nulli sunt Patres, aut ferè nulli, qui non pia sententiæ ad stipulentur. Verùm, ut video, non pro Patribus pugnas, & Ecclesiæ doctoribus, sed pro pallio. Quamquam ne pallium quidem te movet. Sunt enim multi familiæ tuæ, qui Cajetanum, Turrecrematam, aliosque patronos opinionis abiurdæ valeant resuissent. Prote igitur pugnas, & paucis asseclis,*

Multa timens ignominiam, casumque futurum.

Vis hoc dedecus evitare? Propone tibi sanctissimos viros, Augustinum, Hieronymum, Thomam, aliquoque complures, qui vel sententiam saepe mutarunt, vel Ecclesiæ judicio lucubrations suas haud gravatè permiserunt. Agedum ergo, quem tenes errorem, tuâ sponte depone; vietusque argumento, quod ex Ecclesiæ auctoritate allatum est, piamente sen-

sententiam esse jam certam existimato. Hoc enim facret D. Thomas, si primum Deiparae Conceptionis momentum Alexandri iudicio Ecclesiae propositum, si istam populi Christiani celebritatem vivus adhuc, & spirans intueretur. Nam est illius haec præclara sententia: (a) : *Dicendum, quod maximam habet auctoritatem Ecclesia consuetudo, qua semper est in omnibus amulanda; quia de ipsa doctrina Catholicorum doctorum ab Ecclesia auctoritatem habet.* Unde magis standum est auctoritati Ecclesiae, quam auctoritati vel Augustini, vel Hieronymi, vel etijsuscumque doctoris. Quod autem objectas ex tertiae partis quæstione 27. articulo secundo ad secundum, responsonem non egit, sed reprehensione. Quid enim magis vituperandum in homine Thomista, quid in auctore novi libelli, qui res certas, & exploratas debuisset afferre, quam in D. Thomæ testimonium adducere, quod ad rem fateantur non pertinere nobilissimi Thomistarum? Si veri nominis originale peccatum in Deiparam confert. B. Thomas, illud etiam dixisse putandus est in renatis manere. Habet enim (b) : *Ad secundum dicendum, quod peccatum originale per baptismum auferitur reatu, in quantum anima recuperat gratiam in quantum ad mentem: remanet tamen peccatum originale actum in quantum ad fomitem, qui est inordinatio partium inferiorum animæ ipsius corporis secundum quod homo generat.* Hæresim ergo Lutheranam docuerit Angelicus doctor. Sed, inquies, explicandus is commodè locus est. Alterum quoque interpretantur, & ii quidem sincerè, Cajetanus, Catharinus, Justinianus, aliique quamplurimi è familia Prædicatorum; carnisque maculam volunt D. Thomam significare, cùm docet, Deiparam contraxisse originale peccatum. Ac tu pessimè facis, qui eum locum, vel tuorum iudicio magnopere ambiguum, tanquam certum ostentas, Theologi que emuntæ naris obtrudis in urbe Roma. In quo decus, ac dignitatem tanti magistri non rueris profecta, sed ludos facis; nec impudenter solum, sed etiam inique, insolenterque traducis. Divus enim Thomas piam lensentiam diserte do-

O cet;

(a) *Quodlib. 2. ar. 7., & 2. 2. qu. 10. art. 1a.*

(b) *1. 2. qu. 81. art. 3. ad 2.*

cet; atque ille quidem non uno in loco, sed bene multis; quorum nos aliquot proferemus. In i. sent. distinct. 44., quæst. 1., ait. 3. ad tertium, *Puritas*, inquit, intenditur per recessum à contrario; q[uod] ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nibil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit. Et talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato originali, q[uod] actuali immensis fuit. Fuit autem sub Deo, in quantum erat in ea potentia ad peccandum. Et in quantum caput Epistole ad Romanos lectione secundâ: Omnes in Adam peccaverunt, una exceptâ B. Virgine, quæ nullam contraxit maculam originalis peccati. Tum commentario in Epistolam ad Galatas cap. 3. Multicerem ex omnibus, non inveni, quæ a peccato omnino immunis esset ad minus originali, vel veniali. Excipitur purissima, q[uod] omni lante dignissima Virgo Maria. In expositione salutationis Angelicæ, Tertiò, inquit, excedit Angelos quantum ad puritatem; quia B. Virgo non solum fuit pura, sed etiam procuravit puritatem aliis. Ipsa enim purissima fuit quantum ad culpam, quia nec originale, nec veniale incurrit. Sed horum locorum auctoritate contempta, ad tertiam partem videlicet enucleandam acumen ingenii consultasti. Veram, ut Sisyphus ille, quod est in fabulis, frusta idem, quod assidue verias,

Saxum sudas nitendo, neque proficis bilum.

Ac perpetuâ lectione tot annorum ejus loci sententiam vellit incudem dies, noctesque contundens, nihil ex illo labore, præter mentis attonitæ stuporem, ac vertiginem, tum surditatem, immo verd cæxitatem animi reportasti.

Quod en definitionibus, inquit, Pontificis impudentes homines s[ecundu]m ansam suscipiunt insultandi viris probis, q[uod] sanctis, non sunt exquirenda antiquitatis exempla, dum habemus recens præ oculis. Clemens XI. zelo fidei, q[uod] puritatis doctrinæ, quo flagraba, Constitutionem edidit, quæ incipit, Unigenitus, quæ sancte, q[uod] juste damnavit centum, q[uod] unam propositiones Paschalis Quesnellii. Refrattarii ut de pervicaci inobedientia s[ecundu]m se usarent, reverunt parere Constitutioni, quia per illam dicebant damnari doctrinam D. Augustini, q[uod] D. Thomæ de gratia efficaci. Alii scholæ Thomisticæ semper infestis primo palam, deinde clanculum submurmurabant, Thomistarum do-

*dōctrinam fuisse proscriptam. Huic mālo statim occurrit iustif-
fimus Clemens, &c. Eumque ait diplomate edito scholam
Thomisticam vindicasse. Quod & alii Pontifices præstite-
runt.*

Vera narras. Fuit enim Thomistica schola ab impro-
borum calumniis vindicanda. Itaque bene, sapienterque
fecerunt Benedictus XIII., & qui postea sedet in Sede Petri
Optimus Pontifex Clemens XII., cùm alterius Clementis
de illa sc̄hola, doctrinaque judicium novis decretis confir-
maverunt. Sed hoc exemplum Conceptionis ad causam ac-
commmodari minime potest. Quippe calumniae malevolorum
de Thomistica schola nec in causa fuerunt, quo minus dog-
mata Quesnelliana damnaret Pontifex; nec valebunt profe-
cti, ut à vera sententia definienda Ecclesiam deterrent.
Fuit illorum oppidū falsa criminatio, qui dicitur ēre, Quē.
snellianæ doctrinæ Augustinum, & Thomam patronos fai-
se. Nostra verò de paucis quibusdam, quos in causa Imma-
culati Conceptus adversarios habemus, justissima fuit, erit
que semper expostulatio. Itaque dispar est causa. Non enim
contra fas calumniamur, sed vera palam, ac pleno ore pra-
dicamus, Sanctos Patres Conceptionis Mysterio non refrā-
gari: secus enim falleretur Ecclesia, quæ Deipara colit Im-
munitatem, si Patres omnes haberet in hac re dissidentes,
ac repugnantes. Illi sunt vero nomine sycophantæ, adeoque
Ecclesiæ more plectendi, qui Sanctos Patres, ut moram ne-
stant definitioni, non tam citare, & commendare videntur,
quam turpissimè criminari. Si ergo Mysterium Aposto-
lica Sedes aliquando definiat, (quod ad istorum refrānandam
audaciam necesse est) qui prædicabit, opinionem quorun-
dam esse proscriptam; prohibita esse de hoc ipso argumento
Cajetani, Turrecrematæ, & aliorum opuscula; in iis auto-
ribus Patrum nomina, & dicta vel esse omnino supposititia,
vel dolo mālo depravata, vel ad causam non pertinentia; is
profecto verissima prædicabit. Sed non idcirco dabitur lo-
cus improbitati, atque convicio. Prudentes, & sequi nun-
quam eos auctores māle habendos putabunt, qui Ecclesiā fe-
rente, ac tolerante deliraverunt. Vituperatores malevoli
Ecclesiasticis pœnis cōcerebuntur. Sed in hac tragica decla-

O a ma-

inatione, ac prope parico istorum timore sedando plus aequo fortasse immorati sumus. Nunc ad graviora discutienda oratio nostra delabitur.

C A P I U T XVI.

Quibus de causis Pontifex Maximus non potest errare in consecrandis Divis, quod adversarius fatetur, iisdem multò magis ostenditur, non posse cadere ullum genus erroris in Ecclesiam Catholicam, qua cultum desert Immunitati.

Hec ergo similia incommoda a supplicantibus jam praesvisa credimus, quia petitionem restringunt ad quid minimum, dicunt, quod peti potest, & quod innegabile illis videtur, semper quod canonizetur primum instans Conceptionis Mariæ eoferme modo, quo canonizatur instans mortis servorum Dei. Non credimus vias doctos, & pios ita hallucinatos fuisse, ut credant esse, quod petunt, quid minimum; quando, si obstinebitur, esset quid maximum consequi possent. Illos utsique in rebus Theologicis satis peritos non latet, judicium Sedis Apostolicæ in canonizationibus esse irrefragabile, & unum è maximis Pontificiæ autoritatis argumentis. Non latet, inquam, quod qui negat Sanctum rite canonizatum esse Sanctum, inurrendus esset aliqua censura; quia sicut de fide est, Clementem XII. canonicè electum esse verum Pontificem, successorem Petri, Vicarium Christi, ita juxta non paucos Theologos de fide est, Sanctum Ignatium, exempli causa, rite canonizatum esse Sanctum. Quando ergo petitur, Sedem Apostolicam canonizare primum instans Conceptionis Mariæ, petitur judicium irrefragabile super hoc Mysterio, cui contradicere nefas erit. Sicut ergo, ut ex probationibus jam adductis, non est necessaria, nec expediens definitio, ita nec canonizatio: in idem fere redeunt ista duie petitiones, quamvis proponantur, ut quid diversum. Sed ut serupulum omnem libelli Auctori eximamus, petitionis consilium aperimus. Multi Theologi rem esse negant Catholice Fidei consecrationem Sanctorum; sed tamen certam

tam idem sustinent infra Fidem: quam sententiam his verbis efferre solent: *sive physice, sive metaphysicè Ecclesia posse errare, cum Divos consecrat; certum est tamen nunquam erraturam: nec enim Deum Ecclesia parentem id aliquando permissurum.* Hoc est minus profecto, quam Fide certam existimare consecrationem Sanctorum: sed ei tamen est proximum. Ut ergo saltem impetraremus, quod Theologi libriores haud gravatè concedunt, petitioni additum est, *ut canonizetur primum instans Conceptionis Mariæ eo ferme modo, quo canonizatur instans mortis servorum Dei.* Petimus ergo definitionem hujusmodi in Conceptionis causa, Ecclesiam errare non posse objective, vel non errare in celebranda Immunitate Deiparæ in primo momento. Quod in Divis quibusdam consecrandis factum fuisse memoriae est proditum (a). Hoc & nos petere æquissimum est, & Pontificem dare necessarium. Id, quod gravi argumento confirmatus sum. Nullus est plane ex numero eorum, quos consecravit Ecclesia, quem esse colendum tam insigni decreto constituerit, cuius mortem beatam ita solemní declaratione testata sit, ut est illud decretum, quo diem festum Conceptionis edixit esse colendum; itemque illud, quo primum momentum esse cultus Objectum significavit. Quod si in Divis consecrandis idcirco Ecclesia non errat, quod rem falsam ad cultum proponere minime potest; (ex hoc enim principio omnes Theologi, quod volunt, efficiunt, hoc est, Consecrationem Divorum vel esse certam de Fide, vel certam infra Fidem, sed certitudine aliquad infallibilis veritatis) & Ecclesia Conceptionem Deiparæ non uni hominum generi (quod ferè Divis jam consecratis contingit) non civitati, non regno, sed omni populo Christiano ad cultum proposuit, nec modò proposuit, sed eum cultum lege latè decrevit; amens est, qui non colligat, Ecclesiam in eo vel errare non posse, vel non errare. Si ergo non errat, hoc decernere potest, Se non errare: quin etiam debet, cum est improbitas comprimentia aliorum; qui secus existimant; qui palam dicere atudent; Ecclesiam adhaerere opinioni dicenti, Virginem fuisse sine culpa originali.

(a) *Vide Bullas canonizationum apud Fontaninum.*

conceptam, tamquam probabili: quod est, Ecclesiam errare posse; ac probabiliter, uti isti volunt, errare in celebranda Immunitate Deiparæ, hoc est, eo cultu deferendo, quem gravissimo, amplissimoque decreto indixit orbi Christiano Clemens XI. Quod si in eo potest errare Ecclesia universa, multò magis errare potest Ecclesia privata in quopiam Divo colendo, quem decreto longè minus illustri ad cultum proponit Romanus Pontifex: exempli causâ, Veneta Ecclesia in Divo Laurentio Justiniano. Si Veneta Ecclesia errare potest, singulæ Ecclesiae possunt errare, singuli Ordines Religionis, societas hominum singulæ in suis Divis colendis. Fortasse dixerit quispiam: Ipsa Divorum consecratio, certà Pontificis auctoritate perfecta, in causa est, ut iā iis deinde colendis Ecclesia non erret. Bene habeat. Sed ipsa quoque Pontificis Maximi auctoritas, quæ sine illa consecratione cultum publicum statuit, causa esse debet, cur Ecclesia non erret in cultu præstanto. Secus enim falli posset Ecclesia in Divo Laurentio Martyre, Augustino, Hieronymo, & innumeris aliis venerandis, quos Pontificum nemo consecravit, sed eorum fuisse decreto ad cultum propositos notum est. Deinde hoc est in questione, unde Pontificem non errare probemus in consecrandis Divis. Cujus rei causam dare nos aliam possumus, nisi quod ipsa consecratio Divorum ad cultum refertur, qui ad Mores pertinet; in quibus ne mper formandis Pontifex Maximus falli non potest. Quod si præcipiendo Conceptionis honore, quem populus omnis Christianus adhibeat, errare potest; inane jam exit, quod Theologi assumunt, ut Divorum consecrationem ostendant vel esse de Fide, vel certam *infra Fidem*, sed certitudo aliquâ infallibilis veritatis. Hoc enim assumunt, Ecclesiam, vel Romanum Pontificem, quod nec verum, nec laetum est, id proponere Christianis colendum minime posse: cultus enim ad Mores pertinet, in quibus formandis Ecclesia falli non potest. Ex eoque concludunt argumentando, Consecratio vera Divorum vel esse certam *de Fido*, vel certam *infra Fidem*, sed certitudine aliquâ infallibilis veritatis. Principio illo, ac fundamento sublatu, quod, ut est dictum, penitus ruere necesse est, non possunt ultra Theologi, non libelli Auctor dicere pat.

potest, *judicium Sedis Apostolicæ in canonizationibus esse irrefragabile*, *deo unum e maximis Pontificis auctoritatis argumentis*. Hoc autem negare nefas est. Sequitur ergo, Ecclesiæ falli non posse, quæ Deiparæ Immunitatem insigni decreto ad cultum propositam veneratur. Illud etiam efficitur, *Ecclesiæ adhærere opinioni dicenti, Virginem fuisse sine culpa originali conceptam, non tanquam probabili, sed tanquam certæ*. Quod si pernegant adhuc libelli Auctores, definitione cogendi sunt, ut rem certam confiteantur; eamque deserant opinionem, ex qua consequens est, fallax esse judicium Apostolicæ Sedis in consecrandis Divis. Nam quod isti magnis verbis pronuntiant, *judicium Sedis Apostolicæ in canonizationibus esse irrefragabile*, id eos animo non tenere profus existimo. Nec ipsis verò tenere possunt, modò boni Theologi velint esse, ac sibi constent ratiocinando.

Sed hujus miseri magistelli ~~expugnari~~, atque, ut more Plautino loquar, incogitanteiam ex cordem libet agnosceret qui dum fatetur, de Fide esse, Clementem XII. verum esse Pontificem, sibi ipse bipennim pedibus illidit. Si enim Clemens XII. idcirco verus est Pontifex, quod fide docemur, qui ritu legitimo creatus sit, eum Pontificem esse verum; & Clementem XII. Cardinales ritu legitimo ab se creatum testantur: ineptus est, qui nolit Mysterium definiri, vel ut certum de Fide, vel infra Fidem; hoc, inquam, Mysterium, quod & verum, & certum esse argumento simillimo prorius efficitur. Nam fide docemur, in Moribus informantibus Ecclesiæ esse columnam, & firmamentum veritatis: & ab Ecclesia cultum deferri Immunitati Deiparæ, qui quidem cultus ad Mores pertinet, verus ipse declarat Ecclesiæ Pastor Alexander Septimus.

CA-

C A P U T XVII.

In prima parte septuagesimæ tertiae propositionis Bajanæ, quam unæ cum aliis Pius V. damnavit, inesse vitium peculiare, quod Conceptionem tangit; ideoque censura aliqua notandum. Siquis ore, non simul animo colat Inmutatatem, cum id Ecclesia præcipiat; eum graviter peccare, Jansenianosque imitari, simulandi ac fallendi miros artifices.

Adverttere etiam debent pro illorum indemnitate supplicis libelli autores, vel qui illis inserviere in extensione supplicationis, quod quando enuntiantur propositiones à Summis Pontificibus damnatae, integræ, & non dimidiate transcribi debent. Enuntiantur in supplici libello pagina 7. propositione 73. ex damnatis à Pio Quinto contra Bajanos hoc modo: Nemo præter Christum est abique peccato originali: hinc B. Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum. Quæ vero sequuntur, scriptor libelli supplicis continuuit in cabamo, & sunt verba, quæ propositionem vitiant: omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis. Hinc advertatur, quod propositione antecedens, quæ est 72., est principium, ex quo oritur 73., a quæ in istam transfunditur error damnandus. Dicit enim: Omnes justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum: unde Job, & Martyres, quæ passi sunt, propter sua peccata passi sunt. Bajani enim non agnoscentes, Deum caros suo ex misericordia, & ad augmentum meritorum affigere, ut exercetur illorum patientia, ut in Job; ut experiatur illorum fortitudo, ut in Martyribus; & ut omnia ista admiretur in sua Santissima Matre, (sic enim amat latine loqui) quæ est omnium virtutum exemplar; afflictiones etiam justorum autemant esse penas, quibus Deus justus iudex peccata castigat, non advertentes ad id, quod Raphael Tobiæ dixit: quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. (Tob. 12.) Quare fulmen damnationis non cadit supra primam partem propositionis 73., quæ

que enuntiatur, sed supra secundam, quae si non studiose, falso
tem inconsiderate occultatur.

Sed est ridiculum talia divinare. Propositio, quæ reprobatur à Pio V., partes habet omnino duas. Earum prima cum altera non est connexa. Nam sine illa potest altera intelligi: quia etiam debet. Continet enim alium errorem de actionis peccato in Deipara Virgine, cuius merito passa sit afflictiones humanæ vitæ. Hunc enim errorem suspicari licet ex illa particula sicut, quæ justi cæteri comparantur cum Dei Matre: quos certum est peccatum aliquod veniale admississe; quosque Bajus affirmat ejusdem quoque causâ, dum viverent, fuisse vexatos, non solius originalis. Deinde pars illa prima à priore non pendet propositione 72. In hac enī de criminis actionis sermo pariter est, quippe Jobum, & Martyres ait propter sua peccata esse passos. Pars vero prima 73. propositionis culpam originis unice habet, quam & Virginem contraxisse, & ei causam fuisse obeundæ mortis affirmat. In ea parte vitium est peculiare, quod censurâ notandum sicut à Pio V. Nam cùm pia sententia patrocinium jamdiu antea suscepisset Ecclesia; indigna res erat, à Bajo, non in gymnasio disputante, (quod si unum fecisset, erat ejus aetate tolerandum) sed in vulgi frequentia palam docente, hoc pronuntiari: *Nemo præter Christum est absque peccato originali: binc B. Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contrarium.* Hæc dicenda putavi, ut Hispani Oratoris in hac Pii auctoritate afferenda industriam defendarem. Ceterum non eget his opibus jam certa sententia; non eget hæc Pii auctoritate, aliisque argumentis, quæ leviora oenfentur à viris doctis. Neque vero sunt tanti, ut in his confirmandis diu nos immorari necesse sit. Si quis igitur (ut hinc nos extricemus) dicere audeat: *Nemo præter Christum est absque peccato originali,* i.e.c.: si quis, inquam, hoc dicat, ille censurâ notandus est: et si genus cealuræ, quod in ipsum conveniat, non est diserte explicatum à Pio V. Is enim Concilii Constantiensis, ac Leonis X. exemplum secutus est; quorum alteram propositiones Vicleffi, alter Latheri condemnavit. Itaque eorum more propositiones 79. in rigore; & in proprio verborum sensu ab auctoribus intento Pius V. damnavit us heretici

cas, eruditus, suspensus, ameritus, scandulatus, piarium aurium offensivas. Ex his notis profecto aliquā inuri debet hæc propositio: Nemo præter Christum, i.e. Erroneam dicere ante Alexandrum Pontificem non licebat, Hoc enim prohibuit ex alio diplomate Pius V. Pierunt aurium offensivam, quod campopulus Christianus ferēdūtis horreret, appellat̄ se licebat: Post Alexandrum, & piatum aurium offensivam, & scandalosam, & temerariam, & suspectam, & erroream nihil prohibet nominare; sive hanc ipsam ejusmodi esse, evidenter colligere argumentando.

Declinamus, inquit, magno verborum strepitu, quod si unquam tempora desiderarunt accelerationem hujus negotii, præfonsis cause sunt opportuna, & necessaria, ut Hydræ Janseniarum frangantur capite, qui exemplo articuli Conceptionis, qui exterius veneratur, ignorante intrinsecus negatur, putant posse illici permitti intrinsecus non adberere Pontificis Constitutionibus errore & Jansenii, i.e. per silentium obscuriosum extrinsecus obedientis Ecclesiæ satisfacere. At rogamus viros Theologos, ut serio perspiciant, aliam esse causam Jansenistarum, & aliam illorum, qui non adbererunt sententia p[ro]p[ri]e. Diversus est casus, i.e. procedit ab errore damnato ad opinionem buc usque non damnatam. Quare fraudulentior, & dolose exemplum Conceptionis trahitur in favorem oblationis, & malitia Jansenistarum. Immo si daretur definitio, possent emendicare aliquid suffragii ex illa; quia dicere possent: Ecclesia per multa saecula contenta fuit de veneratione externa Mysteriis, quod definitio cui aliquando fuit licitum ei intrinsecus non adberere.

Si ita dicentes Jansenistaræ, vera non dicarent. Nec enim potest Ecclesia (quod à nobis dictum est antea) non inquam, potest permettere, ut, cum honorem Immaculati Deiparae extrinsecus adhibes, eam tamen immunem fuisse apud te neges. Quippe mentalem restrictionem sine peccato non esse Innocentius XI. declaravit. Uteris autem restrictione mentali, si, quod die Conceptionem Deiparae veneraris, cum Officium perfolis, cum sacrum facis, cum dignissimam dicis, & sanctam Coceptionem Mariæ, hoc tibi carmen intus cantere audes, Originis labore non caruisti Deiparam Virginem. Itaque peccas, quod Ecclesia non parcas, quod cultum ejus-

modi, ut ab Ecclesia præscribitur, iniuriam defetas. Cultus enim, quem decrevit Ecclesia, non solum exterò à professione, sed etiam animi sensu, atque iudicio cohibetur. Ergo fallacem Jansenistarum nationem eo facto irritari, & eoque unice differe, quod illi haeresis manifeste tam in animo tractant, in ion haereticorum explorant. Sed errorum haeresis proximata. Quod non temere iudicando, sed Theologi mere argumentando conclusione evidenti me colligere memini, iterumque profiteor. Sed ii tamen exemplum tuo incitati Ecclesia non pareat; profitentur exterius, negant interius; Postfacie Bullam deosculantur, nos tamen ad ea, quae Bullæ Pontificiæ continentur, iudicium mentis accommodant. Quocirca non fraudulenter, & dolosè, quod per iusgnem contumeliam a tenper est dictum, sed sinecere, atque vere Jansenistarum exemplum allatum est. Quod si dum celebras Imitationem Mariæ, idcirco te putes eam posse negare sine peccato, quod non sit definita; hac ego ratione suspicabor, à te partem Rosarii, quod ore commendas, misere negari. Nec enim omnia Mysteria, quæ Rosarium complexisur, sunt arietenti Fidei. Ergo Assumptionem, & Inaugurationem Deiparæ in coeli Regiam potes non credere, hac puerato. Ergo dum prædicas duo illa Mysteria, dum Rosario observando, eorum cultum profiteris, dum populum mones, ut ad illa cum fructu meditanda animos erigit, nugas agere potes sine peccato; potes animi sensum ab iis rebus avocare, quas in concione summis laudibus effers. Quod si impium factu existimatum est, quis non videat, idem iudicium facieadum esse de illis, qui animo negant, quam proficeret extirpacionem, Conceptionem Ianoxiam?

C A P U T . X V I I I .

Libelli auctorem multis nominibus pendere dignum.

UT finem faciam disputationi meæ, ita confituo, auctorem libelli injuriosum fuisse in sacra familiam Prædicatorum, cum autus est dicere, Ecclesiam teneat Im-

P 3 mu.

munitatem Deiparae ab originis labo, Ordinem vero Prædictorum huc usque aliter existimasse. Si enim autores familiæ ejus, qui de hoc arguento differuerunt, ad censem revoces, vix tertiam partem reperies, quæ peccatum originale posuerit in Deipara Virgine. Tamen eundem contendo Ecclesiae more esse puniendum; quod, contempsa Alexandri auctoritate, pestilentem libellum typis ediderit; sententiam piam, & certam in dubium verterit; Sanctos Patres autores fuisse opinionis absurdæ, impudenter, & falsè pronuntiaverit; Pontifici denique quibuscum politicis ratiunculis hoc probare conatus sit, non esse Mysterium definiendum. Cujus ego temeritatem hac brevi meâ disputatione satis, ut puto, castigavi. Non ego homini delicato *farraginem* ad fastidium congeSSI; quo ille nomine volumen appellat viri docti, atque probi Dominici Losiodæ: sed argumentis paucis, iisdemque firmissimis honorem Virginis Matris, Pontificis Maximi auctoritatem, & Ecclesie Catholicæ Religionem pro virili parte defendi. Quia si fretus impunitate velit ineptus libelli Auctor confutanda suscipere, eum necesse est, non, quemadmodum fecit in miserabili opusculo, dissimulanter, & tecetè, sed constanter, & palam hostem se profiteri Ecclesie Romanæ.

Ad paucorum quorundam non temeritatem modò, sed impietatem coarguendam, qui sibi fas putant in eo cultu, qui Conceptioni adhibetur, ab Ecclesia Romana certarum magistra dissidere, & Virginem potius à peccato expiatam, quam Immunem servatam celebrare; utile erit hoc loco describere trium Pontificum Romanorum Constitutiones ad hujusmodi cultum pertinentes; Sixti nempe Quarti, Alexandri Septimi, & Clementis Undecimi. Qui enim librum de superstitione vitanda nuper vulgavit Antonius Lampridius, Bullam Sixti Quarti, cuius est initium, *Cum præexcelsa*, itemque Bullam Clementis Undecimi prætermisit: Alexandri vero Septimi Constitutionem gravissimam ita mutilam dedit, ut ex hoc uno hominis fraudem in causa mala & profligata laborantis, & in ejus tutelam, ut causidici faciunt in actione forensi, omnia miscentis, Theologus lector intelligat. Itaque si quis Opus Lam.

Lampridiiistarum rerum non satis petitus lectitavit, has quoque Pontificum Constitutiones attente legere ne graveatur. Ex iis enim cognoscer, ab eo auctore se deceptum fuisse in ipso limine disputationis; qui paginā primā in referendis Pontificum Bullis fidem his verbis obligavit suam. De delicata prefecto materies, pluribus Romanorum Pontificum editis, patetque non unius generis circumspecta, qua omnia hic innuere tum ad meam, tum ad legentium cautelam necessarium duxi. At qui omnia promisit, non sancit omnia, sed paucā, eaque manca repräsentavit.

S I X T U S Q U A R T U S. (a)

Qui Conceptionem Immaculatæ Virginis devoutè celebra-
bunt, in eodem festo & ejus octavis Officio intererunt,
tales illis tribuuntur Indulgentia, quales con-
sequuntur Christi fideles in Corporis
Christi solemnitate.

Cùm præexcelsa meritorum insignia, quibus Regina Cœlorum Virgo Dei genitrix glorioſa fedibus prælatæ æthereis, sideribus quasi Stella matutina præutilans, de votæ considerationis indagine perscrutamus, & intra pectoris arcana revoluimus, quod ipsa utpote via misericordiæ; mater gratiæ & pietatis, amica humani generis, consolatrix pro salute fidelium, qui delictorum onere gravantur, sed et la oratrix & pervigil ad regem, quem genuit, intercedit dignum, quin potius debitum reputamus universos Christi fideles, ut omnipotenti Deo (cujus providentia ejusdem Virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro reconcilianda suo Auctori humana natura, lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam sui Unigeniti habitaculum, Sancti

(a) *Ex corpore Juris Canonici, libro tertio Extravagantium communium de Reliquiis & veneratione Sanct. cap. primo.*

Et Spiritus preparatione constituit, ex qua carne nostra mortalitatis pro redemptione populi sui assumere, & Immaculata Virgo nihilominus post partum remaneret) de ipsius-
Immaculata Virginis misericordia Conceptione gratias & laudes referant, & instituta propere in Dei Ecclesia, Missas, & alia Divina Officia dicant, & illis intersint, Indulgentiis; & peccatorum remissionibus invitare, ut exinde fiant Virginis meritis, & intercessione Divina gratiae aptiores. Hac igitur consideratione inducti, Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, auctoritate Apostolica, hac in perpetuum valitatem Constitutiones statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli Christi fidèles usque sexūs, qui Missam & Officium Conceptionis ejusdem Virginis gloriose (b) juxta piam, devotam, & laudabilem ordinationem effecti Filii Magistri Leonardi de Nogarolis Clerici Véronensis Notarii nostri, & quæ desuper à nobis emanavit, Missæ & Officii hujusmodi institutionem in die festivitatis Conceptionis ejusdem Virginis Mariæ, & per octavas ejus devote celebraverint, & dixerint, aut illis horis canonicas interfuerint, quoties id fecerint, eandem prorsus Indulgenciam & peccatorum remissionem consequatur, quam juxta felicia recordationis Urbani Quarti in Coacilio Vicanensi approbato, ac Martini Quinti, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones consequuntur illi, qui Missam, & horas Canonicas in festo Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi a primis vesperris, & per illius octavas juxta Romanæ Ecclesæ constitutionem celebrant, dicunt, aut Missam, Officio, & horis hujusmodi interfuerint, presentibus perpetuis temporibus valitatis. Datum Roma apud Sanctum Petram, anno Incarnationis Domini millesimo quadragecentimo septuagesimo sexto, tertio Calendas Marci, Pontificatus nostri anno sexto.

In-

(a) Officium, & Sexto institutum, Invitatorium habet hujusmodi: Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebramus, Christum ejus præservatorem adoremus Dominum.

Innovatio Constitutionum, & Decretorum, in favorem sententie afferentis, animam Beatae Mariae Virginis in suâ creatione, & in corpus infusione, à peccato originali præservatam fuisse, edicorum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam (a).

SOLlicitudo omnium Ecclesiarum, quam licet meritis & viribus longe impares, Dei O. M. voluntate, & providentia gerimus, in id Alastrenet intentas & vigilantes, ut scandala, que inter Fideles pro humanæ naturæ corruptione, & fragilitate nescisse est ut veniant, quantum fieri potest, paucissima exoriantur, utque exorta quam celerimè, & quam diligentissime amoveantur; nam ita, per quos veniunt, certam peccati perniciem, quibus vero præbentur, præsens afferunt labendi periculum; Quorum Nos pro nostro Pastoralis officii debito, & damnum summopere dolesmus, & distinzione assidue terimus.

¶ I. Sandæetus est Christi delictum erga ejus Beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas, sentientium, ejus animam in prima instanti creationis, atque infusionis in corpus, fuisse speciali Dei gratiâ, & privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus filii, humanæ generis. Redemptoris, & misericordia peccati originalis præservatam immutare atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemniter celebrantium & celebrantium: ceterisque horum numerus, atque hujusmodi cultus post editas à fel. record. Sisto Pp. IV. prædederat, sole nostro in ejus commendationem Apostolicas Constitutiones, quas Sacrum Concilium Tridentinum ianovavit; atque observari mandavit. Aucta rursus, & propagata fuit pietas hac, & cultus erga Deiparum post erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus; Monasteria Religio-

(a) Ex Bullario Romano num. CXVII.

forum Ordinum, & Confraternitates, ac concessas ab iisdem indulgentias, ita ut accendentibus quoque plerisque celebrisribus Academiis ad hanc sententiam, jam ferè omnes Catholici eam complectantur.

§. II. Et quia ex occasione contrariæ assertionis in concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod neq; p; eadem Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebantur in populo Christiano cum magna Dei offensa scandala, iurgia, & dissensiones, recollectus. Paulus V. etiam prædecessor noster vetus horum opinionem præfatae sententiæ contrariam publicè doceri, aut prædicari. Quam prohibitionem p; iæ memor. Gregorius Pp. XV. similiter prædecessor noster ad privata etiam colloquia extendit; mandans insuper in favorem ejusdem sententiae, ut in Sacro sancto Missæ Sacrificio, ac divino officio celebrandis, tam publicè, quam private, non alio quām Conceptionis nomine uti quicunque debeat.

§. III. Nihilominus, prout Venerabiles Fratres Episcopi ferè omnes Hispaniarum cum Ecclesiarum suarum Capitulis datis ad nos literis exposuerunt, accedente etiam insinuatione carissimi in Christo filii nostri Philippi earundem Hispaniarum Regis Catholici, qui specialem super hoc visit ad nos Oratorem Venerabilem Ludovicum Episcopum Placentinum, per quem etiam delatae fuerunt ad nos supplicationes Regnorum earundem Hispaniarum, pergunt aliqui contrarie illius opinionis assertores contra præfatas prohibiciones tum privatim, tum publicè præfataam sententiam aut impugnare, aut vellicare, & favorem à Romanis Pontificibus cultui, & festo secundum illam præstitum ita interpretari, ut frustrentur; izm Ecclesiam Romanam huius sententiæ, & cultui juxta illam Beatae Virginis exhibito favere negant, pios Christi fideles à sua pacifica quasi possessione deturbare conando, unde offensiones, scandala, & iuria, quibus obviare voluerunt Paulus V., & Gregor. XV. nostri prædecessores, perdurant aduc, & ex occasione earundem adversantium majora his incommoda in posterum prudenter, & merito timentur. Quapropter super his tam p; iæ Episcopi, cum Ecclesiarum suarum Capitulis, quām

me.

memoratus Philippus Rex, ejusque Regna, Nobis pro opportuno remedio instanter supplicari fecerunt.

¶. IV. Nos considerantes, quod Sancta Romana Ecclesia de intemerata semper Virginis Mariae Conceptione festum solemniter celebrat, & speciale, ac proprium super hoc officium olim ordinavit juxta piam, devotam, & laudabilem institutionem, qua à Sixto IV. prædecessore nostro tunc emanavit; volentesque laudabili huic pietati, & devotioni, festo, ac cultui secundum illam exhibito, in Ecclesia Romana post ipsius cultus institutionem nunquam immutato, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum exemplo favere, necnon tueri pietatem, & devotionem hanc colendi, & celebrandi B. Virginem, præveniente scilicet Spiritus Sancti gratiâ à peccato originali præservatam; cupientesque in Christi grege unitatem Spiritus in vinculo pacis, sedatis offenditionibus, & jurgiis, amotisque scandalis conservare: Ad præfatorum Episcoporum cum Ecclesiarum suarum Capitulis, ac Philippi Regis, ejusque Regnorum oblatam nobis instantiam, ac preces, Constitutiones, & Decreta à Romanis PP. prædecessoribus nostris, & præcipue à Sixto IV., Paulo V., & Gregorio XV. edita in favore sententiaz afferentis, animam B. Marie Virginis in sui creatione, & in corpus infusione, Spiritus Sancti gratiâ donatam, & à peccato originali præservatam fuisse, necnon, & in favorem festi, & cultus, Conceptioni ejusdem Virginis Dei paræ secundum piam istam sententiam, ut præfestur, exhibiti, innovamus; & sub censuris, & poenis in eisdem Constitutionibus contentis observari mandamus.

¶. V. Et insuper omnes, & singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta ita pergent interpretari, ut favores per illas dictæ sententiaz, & festo, seu cultui secundum illum exhibito frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam, festum, seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directè, vel indirectè, aut quovis prætextu, etiam definitiatis ejus examinandas, sive Sacram Scripturam, aut Sanctos Patres, sive doctores glossandi, vel interpretandi, denuque alias quovis prætextu, seu occasione, scripto, seu voce loqui, concionari, tractare, disputare,

Q

con-

contra ea quicquam determinando, aut afferendo, vel argumenta contra ea afferendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo differendo, ausi fuerint, praeses poenas, &c censuras in Constitutionibus Sixti I. V. contenatas, quibus illes subjacere volumus, & per presentes subjicimus, etiam concionandi, publicè legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activâ, & passivâ in quibuscumque electionibus eo ipsobisque alia declaratione privatos esse volumus, nec non ad concionandum, publicè legendum, docendum, & interpretandum perpetuae inhabilitatis poenias ipso facto incurrere absque alia declaratione; à quibus poenis non nisi à Nobis ipsis, vel à successoribus nostris Romanis Pontificibus absolvi, aut super iis dispensari possint: neconon eisdem aliis prenis nostro, & eorundem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis pariter subjacere volumus, prout subjicimus per presentes, innovantes Pauli V. & Gregorii XV. superius memoratas Constitutiones, sive Decretos.

6. VI. Ac libros, in quibus præfata sententia, festum, seu cultus secundum illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur, aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, & disputationes contra eadem continentur, post Pauli V. suprà laudem decretum edita, aut in posterum quomodolibet edenda, prohibemus sub poenis, & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipso facto absque alia declaratione pro expressè prohibitis haberi volumus, & mandamus. Veniam autem, Sixti I. V. constitutionibus inhærentes, quempiam afferere, quod propter hoc contrariam opinionem te, nentes, videlicet gloriofam Virginem Mariam cum origina, li peccato fuisse conceptam, heresis crimen, aut mortale peccatum incurvant; cum à Romana Ecclesia, & ab Apostolica Sede nondum fuerit hoc decisum, prout Nos nunc minimè decidere volumus, aut intendimus, quin potius contrariam illam opinionem heresis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter poenas, quibus eos subjecit Sixtus IV., aliquique prædecessores nostri Romani Pontifices, gravioribus aliis poenis subjicimus, quas in contrafacion-

cientes huic nostræ Constitutioni superius inservimus.

§. VII. Volentes quod contra hujus nostræ Constitutionis transgressores, etiam Regulares cuiusvis Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Iesu, & quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & Seculares personas cujuscumque status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam Secularis, ut praesertim, tam Episcopi, & Prælati superioribus, aliique locorum Ordinarii, quam haereticæ pravitatis ubiq; locorum deputati, Inquisidores procedant, & inquirant, atque in eos strictè animadvertant: Nos enim illi, & eorum cuilibet tantia eisdem transgressores procedendi, ac poenis edereendi, & puniendi, liberam facultatem, & auctoritatem iisdem auctoritate, & senore tribulantis, & impuniti purgescere, ut praesertim, procedere, inquirere, & punire districte præcipimus, & mandamus.

§. VIII. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis Indukis, literis Apostoliceis quibusvis personis quantumcumque qualificatis, & in quamunque etiam Cardinali, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quavis alia dignitate, & honore constitutis, etiam quod contra eos procedi, interdicti, suspendi, vel excommunicari nequeant, quomodolibet concessis. Quibus omnibus, & eorum singulis, pro sufficienti illorum derogatione de eis, ipsorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam idem importantes clausulas mentio habenda, aut alia exquisita forma observanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. IX. Ut autem hæc nostra Constitutio, & premisa omnia ad eorum omnes, quorum integræ, potiam congruentius pervenire possint, in virtute Sanctæ obedientie, & sub pena privationis ab ingressu Ecclesiaz eo ipso incurrienda, præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis, Suffraganeis, & Of-

.124
ficialibus quibuscumque, & aliis singulis, ad quos quomodo libet spectat, & pertinet, quatenus hujusmodi nostram Constitutionem singulis suæ Diœcesis, vel districtus prædicatoribus, & aliis, quibus expedire judicaverint, opportune inservient, & publicent, ac insinuari, & publicari facient, ne quis in posterum quoquo modo ignorantiam de præmissis posse prætendere, aut se contra præmissa valeat excusare.

g. X. Volumus, & similiter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præsentes literæ per aliquos ex nostris Cursoribus in Bæsilicarum Sancti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicæ valvis, ac in acie Campi Floræ de Urbe de more publicentur, & affigantur; quæ affixio, & publicatio ita omnes & singulos, ad quos spectat, afficiat, & arctet, ac si illis personaliter intimatae fuissent; & quod illarum transumptis, etiam impressis, manu aticujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus literis adhiberetur, si ostensæ, vel exhibitæ forent.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 8. Decembr. 1661. Pontificatus nostri anno septimo.

Anno millesimo sexcentesimo sexagesimoprimo, Indictione 13.
die vero 11. mensis Decembbris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, Igo D. N. D. Alexandri Divina providentia Papæ VII. anno septimo, supradictæ literæ affixa, Igo publicata fuerunt in Bæsilicarum Sancti Joannis Lateranensis, Igo Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariae Apostolicæ valvis, Igo in acie Campi Flora per me Andream Castruccium prælibati SS. D. PP. Curs.

Pro D. Mag. Curs. Petrus Paulus Desiderius Curs.

Cler.

23

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam. (a)

Commisi Nobis Divinitus Sacrosancti Apostolatus officii exigit ratio, ut gloriosissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, cuius Coconceptio gaudium annuntiavit universo Mundo, venerationem, & cultum, plurium Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum more, ampliare studentes in terris, illius, quæ super Chorus Angelorum exaltata pro populo Christiano sedula Exoratrix apud Eum, quem genuit, assiduè intercedit in Cœlis, potentissimam opem, in tot tantisque, quibus premimur, Christianæ Republicæ, & Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus, quantum Nobis ex alto conceditur, promereri jugiter satagamus. Sincerâ itaque nostrâ erga eandem Augustissimam Cœli Reginam, Patronam, & Advocatam nostram devotione incitati Festum Conceptionis ipsius Beatae Mariæ Virginis Immaculatae ubique Terrarum in posterum ab omnibus, & singulis urbisque sexus Christifidelibus, sicut alia Festa de præcepto servari, & celebrari, ac sub præcepto observationis Festorum comprelendi, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, præcipimus, & mandamus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibetur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostenditæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 6. Decembri MDCCVIII. Pontificatus nostri anno octavo.

F. OLI-

(a) *Ex Bullario Clementis XI.*

F. OLIVERIUS.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo octavo, die 6. Decembris Indictione prima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papae XI. anno regni octavo, supra dictam tunc apud Ecclesias affixas, iuribus publicatis furent ad valvas Basilicas SS. Apostolorum Petri, & Pauli, Gancollarie Apostolicae, in Monte Citorio, in Aede Campi Flora, ac aliis locis solitis, iuris consuetudinis Urbis per me Thomam de Undonibus apost. Caus.

Sebastians Vafellus Mag. Curforum.

INDEX¹²⁷ RERUM:



A

Alexander VII. P.M. declaravit I*n* confirmavit Objectum Ecclesiastici cultus in F^esto Conceptionis. pag. 5. Docuit eundem cultum fuisse institutum a Sinto IV. ad celebrandam Immunitatem Deipar^a d^r peccato originali; nec eum cultum fuisse unquam immutatum in Ecclesia Romana. pag. 50, q*u*d pag. 119.

Ambrosius Catharinus ex D. Thomae Sententia Magnum colligit argumentum pro Conceptione Innoxia. pag. 65.

D. Amphilochii Iconiensis Episcopi egregia sententia pro Conceptione Innoxia. pag. 67.

S. Andreas Apostolus Immunitatem Virginis prædicat ab origine lake. pag. 48.

S. Andreas Cretenis Canon in festo Conceptionis. pag. 66. Hanc aperte profitetur Innoxiam. pag. 68.

Antonius Lampridius in oppugnando voto, ut ipse appellat, sanguinario, quod in honorem Conceptionis Innoxiae d nonnullis emittitur, non parcit Mysterio, non F^esto, non Decreto Alexandri VII. In Epist. ad Lectorem. Perperam acta Avenionensis Concilii in dubium vocat. pag. 101.

Assumptio Marie in C^ol^om corpore & anima, est Ecclesie verissima & certissima. pag. 41. Hanc veritatem minimè tollunt vocabula transitus, dormitionis, & alia d nonnullis Patribus usurpata. pag. 42.

D. Augustinus pro certo habet, id verum I*n* Sanctum esse, quod colit Ecclesia. pag. 36. Ejusdem testimonia pro Conceptione

IV.

Innoxia. pag. 70. & deinceps.

Bandellus. Vide Vincentius Bandellus.

Baronius Præsentationem Mariæ tanquam certam proponit.

pag. 38.

Bartolomæi Spine adversus Innoxiam Conceptionem, l*g*o Pontificem Maximum, propositiones nefariae. pag. 83.

Bellarmini autoritas nequidquam exhibita in præsidium opinionis falsæ l*g*o erroneæ. pag. 90.

Benedictus XII. definiuit, iustorum animas, statim ut à corpore exierint, videre Deum. pag. 6.

D. Bernardi Epistola ad Canonicos Lugdunenses multis nominibus faveri Mysterio Conceptionis Innoxiae. pag. 45. Idem pro certo habet, id Sanctum esse, quod colit Ecclesia. pag. 57.

D. Bonaventura pro certo habet, non celebrari ab Ecclesia, nisi quod verum l*g*o Sanctum est. pag. 57.

Cajetanus, d*g*ralii falso proferunt Patrum testimonia. pag. 300

Catharinus. Vide Ambrosius Catharinus.

Clementis XI. Constitutio ad cultum pertinente Conceptionis Innoxiae. pag. 125.

Conceptio Mariae proxime attingit gravissima capita Fidei Christianæ. pag. 47. Conceptionem Innoxiam colere debent Catholicæ omnes in Feso Conceptionis. In Epist. ad Lectorem, d*g*o pag. 15. Ejusdem veritas, Sanctitasque certissima ex publico cubitu. pag. 17., & deinceps. Conceptionis argumentum quinam Pontifices serio trattaverint. pag. 87.

Concilium Tridentinum complures Libros in Canonem resulit, de quibus contentio pertinax olim fuit. pag. 62. Non comprehendit in Decreto de originali peccato Desiparam Virginem; unde consequens est, eam non contineri necessariò sub lege communi: pag. 83.

S. Cyprianus cum Africanis pene omnibus putavit, ubi hereticis venientes esse iterum baptizandos. pag. 32.

Ecclæsa universa in deferendo publico cultu, ad Religionem pertinente, errare non potest. pag. 17., & deinceps. Non errat in consecrandis Divit. pag. 23. Magis minus in cultu Conceptionis

ptionis Innoxiae. pag. 109. *Eius auctoritas pro nibilo habetur à negantibus Conceptionem Innoxiam.* pag. 46. *Eiusdem studium in illustrando Mysterio.* pag. 49.

Faustus Regiensis Conceptionem agnoscit labis expertem. pag.

S. Fulbertus Carnotensis idem docet. pag. 78.

S. Fulgentius Rusensis aperite favet Mysterio. pag. 72.

S. Germanus CP. optimè explicat verba illa *Canticorum:* *Tota pulchra es &c.* pag. 64.

Govius Eminentiss. Card. Assumptionem Virginis vivo corpore in Cælum pro certissima habet; quique illam negaret, eum de hæresi fore suspectum profiteretur. pag. 41. *Eiusdem conjectura de Epithero Immaculatae, quod in Decreto Clementis XI,* est affixum Marie. pag. 94.

Gravina Theologus è solalito *Prædicatorum ingenuè fateatur,* piam sententiam tūm demum veram existimandam, si Pontifex aliquis Immunitatem Deiparæ ad cultum proponeret.

Quod fecit postea Alexander VII. pag. 95.

Gregorius XV. vocabulum *sustulit Sanctificationis, quod non nulli usurpabant in Conceptionis Officio.* pag. 4.

Hæretica propositio quænam sit. pag. 52.

D. Hieronymi sententia, in adversarios Conceptionis Innoxie mirificè convectionis. pag. 1.

D. Jacobi Liturgia sententiam habet egregiam pro Conceptione labis experte. pag. 68.

Jansenianos imitantur, qui ore celebrant Immunitatem Mariæ, animo negant. pag. 115.

S. Ildephonsus pro certo habet, id Sanctum esse, quod colitur ab Ecclesiâ. pag. 37. *Eiusdem testimonia pro Conceptione Immaculata.* pag. 72. & deinceps.

Innocentius XI. damnavit restrictionem mentalem. pag. 15.

D. Joannis Chrysostomi de perpetua Deiparæ Sanctitate sententia. pag. 68.

D. Joannis Damasceni testimonia pro Santa Conceptione. pag.

Joannes Geronimus de hac ipsa re sententia pag. 69.
 Joannes Gersonius quid sentias de illo genere argumento quod
 a congruenti ratione positur pag. 81.
 Xerapitopavisa Virgo Maria in Sacris Litteris appellata.
 pag. 62 et 63.

Legatus Regis Catholicus libellum supplicem obtulit Clementi
 XII. ad impetrandam definitionem Mysterii pag. 6.

Maria Virgo Immaculata nullaque peccati labo polluta ex
 Ecclesiae traditione perpetua pag. 66.
 Melchior Canus erravit in Patribus citandis cum Bandello, Ignacio
 Cajetano ad Conceptionem quod attinet pag. 30.
 Michaelis Bajii propositio adversus Innoxiam Conceptionem a
 Pio V. damnata pag. 112.

Natalis Alexander in errorem domesticum incidit aliquando
 ad Patres quod attinet pag. 30. Ejusdem judicium de Pa-
 trum decreto Basileensem pag. 101.
 Narvitas Mariæ Sancta vel ex Ecclesiae auctoritate eundem
 celebrantis vel ex traditione perpetua Sanctitatis que
 etiam pertinet ad Conceptionem pag. 34. & deinceps.

Officium in Festo Conceptionis Mariae Conceptionem dignis-
 simam & Sanctam habet pag. 12.
 Opinio negans Immunitatem Mariæ falsa, in erronea eviden-
 ti conclusione argumentis pag. 36.
 Origenes pro certo habet id Sanctum esse quod colit Ecclesia pag.
 57. Ejusdem testimonium pro Conceptione Innoxia pag. 69.

Παναρμόντος antonomasticè Deipara, η Παναγία pag. 36.
 Patrum omnium doctrina est Ecclesiæ traditio pag. 32. Eorum
 aliqui veniale peccatum videntur admittere in Despără pag.
 32. Nullus eidem dominatim diffingit originale peccatum.
 pag. 67.
 Paulus V. repressit adversarios Conceptionis Innoxiae pag. 12.
 S. Ius

S. Pius V. Officium Nativitatis diei Festo Conceptionis scripsit. pag. 10. Eius rei quædam in causa libelli Allegavit Officium Præsentationis, & quare. pag. 39. dñ 39. Peccatum originale ab infâmitibus tollerabitur vera propagatione, ex Ecclesiæ exorcismis demonstratum, antequam Pelagiani in Conciliis damnati erint. pag. 48. Picinini heretici argumentum contra Ecclesiæ Romanam ex Ecclæ Conceptionis. pag. 88. Libelli auctoriss. responso ad illud, inscritio plena. pag. 44. & 93. Pontifex Maximus non errat in consecrandis Divis. pag. 109. Multo minus in præcipiendo cultu Immunitatis Deiparae. pag. 109. dñ 111. Præsentationis Mariae quodnam Objectum. pag. 39. dñ 46. Procli Episcopi CP. de Conceptione omnino Santa judicium. pag. 68.

3

Sacra Scriptura & testimonia duo pro Conceptione Innoxia. pag. 62. 63. dñ 64. S. Sabæ sententia de perpetua Deiparae Sanctitate. pag. 68. Sanctificationis vocabulum, quod nonnulli usurpabant in Conceptionis Officio sublatum lege Grogorii XV. pag. 4. Semipelagiani errare putabantur, antequam damnarentur in Concilio Araufiano II., & ideo errare, ad initium salutis quod attinet, quia Ecclesia per publicas preces initium Fidei petebat a Deo. pag. 27. Sixtus IV. instituit Festum Conceptionis Innoxiae, populumque Christianum ad colendum Mysterium Indulgentiis propositiis invitavit. pag. 9. dñ 117. Sixtus V. diem Festum Præsentationis Mariæ, & Officium restituit. pag. 39.

T

D. Thomas pro certe habet, id Sancsum esse, quod colit Ecclesia. pag. 34. Eiusdem judicium de Ecclesiæ auctoritate. pag. 105. Item sententiae pro Conceptione Innoxia. pag. 106. & sequentibus.

Traditio Ecclesiæ, & doctrina omnium Patrum connexa sunt.

R 2

pag.

¹³² pag. 32. Traditionis Ecclesie Noi Conceptio et Planus illi
pag. 38., 49. 65., & sequentibus. utriusque Q. n.

Vincen^tius Bandellus non modò Patrum sententias commentans
est, sed etiam Patres, qui nunquam fuerunt pro veris ob-
jecit. pag. 30.

Vincen^tius Justinianus Ord. Praed. pia sententia defensio egrae-
gius . pag. 11.

*Vincentii Lirinenſis, de potestate Ecclesia in Traditione expli-
canda, sententia gravissima. pag. 47., dgr. 48.*

ERRATA POTIORA CORRIGENDA.

In Dedicatoria

Pag.	lin.	
	ult. innoxie,	innoxiae,
In approbatione ultima.	lin.	
	16 Thelogo	Theologo

In Dissertatione

Pag.	lin.	
5	28 noſtrane	noſtrorum
9	14 perit.	petit.
12	1 delcarant,	declarant,
15	ult. accommodeat	accommodenſt
16	13 ſefto	feſto
ibidem	27 prebable	probabile
19	10 præſcibendis	præſcribendis
25	29 neceſſaria?	neceſſariæ?
29	20 tandem	tandem
30	32 poduifſet	puduifſet
35	22 nōn	non
36	20 diſertis	diſertis
37	20 Presentationis	Præſentationis
39	5 verietate	varietate
67	25 quamquam	quamquam
69	13 Theolociis	Theotociis
83	30 appellamus	appellamus
94	33 Maria	Mariæ
95	35 ad ad	ad
96	31 pertinerē	pertinere
97	9 articulum	articulūm Fidei
101	23 Avenionanſe	Avenionenſe
112	25 ſuo	ſuos
114	17 Constitutionibus	Constitutionibus damnantibus
120	33 aduc	adhuc

¶ Reliqua lector benevolus emendabit.

ANT 474 6102

2946

